

S. IV.

Observe, qui potest corrigere.

Unde venit? Quis vadit? Gen. 16. 8. Lyan. non querit Angelus ex ignorantia; sed ut ex repositione Agar efficiat eam corrigere.

Qui sunt hi sermone? Luc. 24. 17. Commune est documentum: quod in aliorum opera, & sermones, non fit inquirendum. Cur ergo querit hic Dominus de Discipulorum sermonibus? Qui valet remedium adferre, æquum est, ut inquirat fecus, qui non potest. Sylv. hic.

S. V.

Observe bona in aliis, & non mala.

Symbola.

Considerate lilia agri, quomodo crescunt. Matth. 6. 28. Considerare debemus lilia, non lilia; agri: hoc est, laudabilia, non vituperabilia opera proximi. Sancti Bonav. in Psal. 118.

Simile est regnum colorum homini negotiatori querenti: bonas margaritas. Matth. 13. 45. Sunt multa falsæ, & imperfectæ margaritæ. S. Chrysol. l. 47. hic; negotiationem loquitur providentem ornamenta virtutum; non incitamenta vitiorum. Bæza t. 3. l. 14. c. 2. §. 16.

Exempla.

Joseph recitatus est somnium, quia aliquando viderat. Gen. 42. 9. Oleeat. Non dicit eum memorem venditionis, aut mortis sibi ingentatæ, sed somnium.

Ergone Jonathan moriturus? 1. Reg. 14. 45. Sancti Gregor. lib. 5. cap. 4. in Reg. 14. in Electorum examine non solum culparum causæ pensandæ sunt, sed etiam merita personarum; quod aperte his verbis ostenditur: quia non ideo Jonathan non moriturus asseritur, quia erat filius regis; sed quia in Israel magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt, communi iudicio tradendi non sunt: quia priora opera promerentur, ut posteriorum gravitas levigetur; ipsa autem culpæ levigatio non acceptatione personarum decernenda est; sed aspectu prioris vitæ. Oliva tom. 3. conc. 20. die Ven. 6. in Quad.

Tunc assumptus est diabolus in sanctam civitatem. Matth. 4. 5. Dicitur civitas sancta, quia ibi erat templum, & cultus Dei. Et licet ab Il. r. 21. civitas meretricis vocetur, tamen postea dicitur. Num. 26. videris civitas iusti, urbs fidelis. Et Evangelista consideravit Sanctitatem loci; & non peccata illius. Sylv. hic.

Vos autem quomodo esse dicitis? Matth. 16. 15. Hieron. Apostoli nequaquam homines, sed dii appellatur. Cum enim dixisset: quem dicunt homines esse, Filium hominis? Subject: vos autem? Pulchrè interrogat, quem dicunt homines? quia quid de illo hominis loquuntur, homines sunt qui verò divinitatem ejus intelligunt, non homines, sed dii appellatur. Ut Christi divinitatem agnoscat, eamque loquantur, hominum evincunt naturam: nam homines ignorant præclara: eum norint semper obscura. Naxera in Jos. 2. §. 29.

Nudavertunt tegula. Marc. 2. 4. Proximi virtutes pondera, & amplia: in defectibus cœcuti, & tace. Vide pulchrum charitatis factus: ægrum ex aperto tecto dimissum Christo præstant. Sed quanta præsentium molestia? Non poterat tectum nudari tegulis sine metu, & molestia eorum, qui in domo erant cogebantur enim pulverem, lapillos deciduos, & lignorum particulas excipere. Hæc tamen factam molestiam tacent Evangelistæ, & multi sunt in charitatis opere explicando. Bæza t. 2. l. 9. c. 1.

Et numeraverunt decem: quia filius ejus videret. Joan. 4. 51. Cum frater ægrorum, nemo morbum non indicat, cum verò revalescit, silent omnes. Utinam, quàm multum sunt, qui ægrum annuntiant, ita & pauci sint, qui sanitati redditum commendent. Si forte è Clero unus fornicator, qui clamores excitantur: si plures è Clero jejuniæ, nemo laudat. Oliva l. 9. Strom. §. Erat quidam regulus.

Vide manus meas. Joan. 20. 27. Ob incredulitatem Christus Thomam non abiecit, non amicitia privavit; sed mira pietate secutus est fugientem; suaviter allocutus, pectus aperuit, latus tractandum præbuit. Cur Deus cum pertinaci tan-topere se demittit? Habuit rationem præteritorum, quæ bene egerat. Joan. 11. 16. Numquid nos, ut moriamur cum eo? Ob unum delictum non sperne, nec expelle, bene meritos; aut de quibus spes emendationis, ut ex Zizaniis fiat triticum. Oliva t. 1. conc. 26. in festo S. Thom.

Queris, ubi Abel. ubi Enoch, ubi Jesus Navè, ubi Elias? possent querere? Non est necesse nodum in cirpo querere: unam peccem manifestæ reticere peccata. S. Hieron. lib. 2. contra Pelag.

Bona eliganus vitæque contraria. Non enim propter doctrin-

tem? Daniel. 6. 11. Ecce populorum Magistri, quas quaesiones insituant; quæ judicia agant. An mercatorum fraudes, & latrocinia? de his nec verbum faciunt; unam solum Danielis orationis tradunt; hanc regi deferunt. Bæza t. 2. lib. 10. cap. 8. §. 1.

Ex Nov.

Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis. Matt. 12. 2. Athanasius hom. de semente: atqui illi, qui esum in Sabbato pro crimine obijciunt, ipsi eadem in Dominum ipso Sabbato moluntur.

Si licet Sabbatis curare? Matth. 12. 10. Patentissima est malitia Judæorum; quod infidias, & laqueos parant, Christo, studio beneficentia pleno. Hinc enim sese prodit, & infamat, cuiusque Zelus; si beneficentia opera mordeat. Quam amari Zeli sermones illi, qui perditissimos Reip. mores, scelera, gaudia vix tangunt; & religionum hominum insituta, studia, virtutis opera cavillant. Bæza antè citatus.

Transgrediantur traditionem seniorum. Matth. 15. 2. Qui talpa sunt ad propria peccata, lines ad aliena, familiari demonum vitio delinquant. Didac. Nyls. f. 4. Dom. 3. Quadr. §. 2.

Quid ad nos: tu videris. Matth. 27. 4. Nihil in se miseri agnoscunt mali; in emporem transmittentes reatum. Bæza t. 2. l. 7. c. 4.

Dixi discipulis tuis, ut eijcerent illum, & non poterunt. Marc. 9. 17. Discipulorum impotentia succenset homo hic; nil memorans de infidelitate sua. Bæza t. 2. l. 7. c. 4. de puero lunatico.

Gratias sibi ago; quia non sum sicut ceteri hominum. Luc. 18. 11. Sic Phariseus in templo orans, suorum criminum negligentia Publicani pectus lustrabat. Oliva tom. 2. Stromat. §. 384. in meditatione mea &c. ubi ait: emicat in meditatione flamma; sed si meditatio tua sit, hoc est, si tibi attendis in meditatione, vulneraque tua curaris. Concubuit cor meum intra me. Aliquorum cor, cum meditantur, ne in confinio quidem sui manes, sed cœterorum centrum pervadit, cumque sua negligat vulnera, alienas pustulas scrutatur in alieno, non dico, vultu, qui patet; sed cordi, quod Deus voluit invium esse, & infructuabili. Idem. Oliva ibidem.

§. III.

Motiva non observandi alios.

Super pellem tuam gradieris, & terram comedes. Gen. 3. 14. Serpens maledictus est inter omnia animalia, & bestias terræ. Et cur præ cæteris maledictus? subdit causam: super pellem tuam. Eucherius in Catena Liponi: terram comedere omnibus diebus vitæ suæ, tertium tentationis genus figuratur, quod est curiositas: qui enim terram manducat, profunda & tenebrosa, penetrat. Naxera in Jos. 2. §. 17.

Orate Dominum, ut auferat ranas à me. Ex. 8. 3. & 8. Sciniphum ardentem motus sustinet. Ex. 8. 17. &c. cur clamores non fert ratarum? Rupertus in Ex. cap. 32. ranæ permolestæ fuerunt, ascendentes, & ingredientiæ domum regis, & cubiculum lecti ejus, & super stratum ejus, & in fumos ejus, & in reliquias ciborum ejus. Odiosum Pharaoni animal, se importunè insinuans, ut omnia videat. Idem ibidem.

Misit Josue duos viros exploratores. Jos. 2. 1. Terram ingressi ab indigenis notantur. Aliorum facta curiosè explorans, aliorum oculos sustinebit. Naxera in Jos. 2. §. 16.

Quis est David? Quis est filius Isai? 1. Reg. 25. 10. Querit Nabal. Nabal Hebr. stultus. David genere erat regio, vir fortis, gigantis fortissimi victor, virtutibus præstans. Nihil horum memorat Nabal, sed fugitivum servum vocat. Baradius tom. 2. lib. 2. cap. moral. 4. virtutis, & mentis, inops sui oblitus de alio querit, tu quis es? aliorum vitia carpit.

Ipsa capite egere. Luc. 15. 14. Juxta Sancti Ambrosii lib. 7. in Luc. egere, est curam sui negligere, non habere proprium virtutum alimentum. Talis cupit implere ventrem de siliquis, rodens aliorum famam; cum pane possit ali filiorum Dei. Pinna in Eccl. 11. Ethol. 136.

Quid ad te: tu me sequere. Joan. 21. 22. His verbis nos erudiet; neque doledum, neque curiosum, præter divinam voluntatem; & investigandum. Sancti Chrysolom. hom. 87. in Joan.

doctrina ejus parva suscipienda sunt dogmata; nec propter dogmatum pravitatem, si quos commentarios in Scripturas Sanctas utaq; edidit, penitus respiciendi sunt. S. Hieron. ep. 26. ad Traquilinum de libris Origenis. Idem ait de libris Tertulliani.

Memini me dixisse, quàm sublimialiquando meditatione Monachus quidam Laicus toto intendit spatio vigiliarum. Etenim fumò quàm apprehensum me in auditorium trahit; & profusus pedibus; vix mihi, inquit, quia Monachus in vigiliis unum consideravi, in quo triginta virtutes numeravi; quarum ne unam quidem me invenio. Et fortasse nullam ille tantam habebat, quanta hæc ipsa erat, religiose emulationis humilitas. S. Bernardus f. exhortatorio ad Fratres ne altitudine & lassitudine cordis.

Ego nec culpa careo; nec amicos, qui culpa careant, quæro, nec enim nascitur. Verum eos, qui plurimas virtutes habent, pauca autem vitia, in amicorum album ascribo. Nam qui ob exiguum vitium maximam etiam virtutem parvipendunt; nec res humanas considerant; nec Paulum morem gerunt admoncent: alter alterius opera portat. Oliva t. 3. c. 24. die S. Thomæ Ap.

§. VI.

Observe mala, & non bona, in aliis.

Symbola.

Exploratores estis; ut videatis infirmam terram, venistis. Gen. 42. 9. Exploratorum hoc est, ut in civitate quæpiam, si forte hiat murus, si non satis firmæ turres, quaque facilis fit in eam aditus, observent. Hoc die obtrahentibus: exploratores estis speculatores communium miseriarum estis. Ad quid enim venitis, cum vitam, moreque aliorum, indagatis? non ut videatis, quæ apud illos præclara: sed ut in firma vixperitis. Did. Nyls. f. 3. D. 4. quadr. §. 2. maledicus semper lympet est ea, quæ vituperare cupit, culpa ad ea, quæ laudat.

Percussit statuum in pedibus ejus. Dan. 2. 34. non aurum, argentum.

Super lapidem unum scriptum voluit. Zachar. 3. 9. id est plurimi. Voluit scilicet explorare, quid in gemma fit vitii. Lappillus est perpolitus affabre. In lapillo vir bonus, ait Hugo. 3. Reg. 1. 20. in re oculi respicimus totum Israel. Velloso in Judith 5. Paræz. 7.

Quomodo hic lituras scis, cum non didiceris? Joan. 7. 15. S. Basilus hom. de invidia: mulcæ, fanis corporis partibus neglectis, ad ulcera contendunt vitæ splendorem, recteque factorum pulchritudinem, nec aspiciunt quidem, ad marcidam verò mirandum in modum feruntur.

Sol spectatorum, nisi eum defecit, non habet: nemo observat lunam, nisi laborantem. Seneca l. 7. quæst. c. 1. Oculi sumus ad aliorum defectus, ad virtutes cœci; ad honesta talpæ; ad errata Prophetæ. Naxera in Jos. 2. §. 29.

Exempla.

Introduxit me Rex. Cant. 1. 3. Sed eò se oculi alieni ingerunt; ut insipientes, quid virgo faciat. Neque enim temere illa queritur v. 5. nolite me considerare, quod suscipi sum. Nec id Bernardus miratur f. 24. in Cant. cum ubique penè in choroadolescentularum inveniam, quæ acta sponte curiosè observent; detrahendi, non imitandi causa. Velloso in Judith Paræz. 7.

Nolite me considerare, quod suscipi sum. Cant. 1. 5. Sed considerate etiam; quia formosa sum: nolite aspicere idololatricæ præcedentis nigredinem; inspicite magis succedentis fidei eximium decorem. S. Thom. Vill. c. 2. de Nat. D.

Vidi Dominum super solium excelsum. Il. 6. 1. Non est species ei, neque decus: & vidimus eum; & non erat aspectus. Isai. 53. 2. Dei gloriam unicus vidit, isque spiritu prophetico illustratus: particularum plures, & referentem speciem solum peccatoris. S. Bernardus f. 1. de verb. Il. audio prophete ejusdem, & ejusdem Domini longè dissimilem visionem. Si quidem Isaias ille est, qui in alio loco sic loquitur: vidimus eum tanquam leprosum. Ubi illud primum considerandum est, quod communis illa; hæc prophetiæ prærogativa propria videtur. Quisquid oblectat famam, omnes curiosè investigant, & tenaciter recordantur: verum quod gloriam auget; aut oscitanter legunt, aut affectanter ignorant, aut studiosè obliviscuntur. Naxera in Jos. 2. §. 29.

Postea elurrit: & accedens tentator. Matth. 4. 2. 3. Notat Hugo Card. nexum verborum. Prius jejunavit quadraginta diebus; quod vim divinam ostendit, & quasi ignorans diabolum silet: nec se prodit. Postea elurrit, quod infirmitatis est; & tum caput exerie, garrir, & congregatur. Sic detractor laude digna silet, fragilitatis errores pandit. Pinna in Eccl. 11. Ethol. 136.

Hi novissimi una hora fuerunt. Matth. 20. 12. Solum attendunt ad vituperium; non recordantur, quod absque pactione laborem susceperint. Secundò, quod una bona tantum fe-

cerunt, quantum alii tota die: quod constantè tota die conductorem in foro expectarint. Obtrahentor non semper ipse virtutes, sed defectus. Sylveira hic §. 15.

Hic si esset propheta, sceret utique, quæ, & qualis est mulier. Luc. 7. 39. Non, quod fuit penitens, sed quod est, oportet attendere. Peccavit quis, impiorum iudicio semper erit peccator. O impia censura! quasi nullam haberet vim penitentia peccata abstergerent. de Castillo Illat. 174.

Videns autem Phariseus. ib. Ecce Phariseus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus, ægrum reprehendit de ægritudine, & medicum de subventione. S. Gregor. hom. 33. in Evang. In malignis oculis nil purum est à detractione liberum: videt tot præclara penitentia signa; & adhuc peccatricem reputat. Sylveira hic.

Hic peccatores recipit. Luc. 15. 2. Phariseus, non quales venerant, sed quales redibant, videre debuit peccatores. Certè Paulum, quem persecutorem miserant, prædicatorem vident mox rediisse. S. Chrysol. 168. Ubi mala sunt, quæ ostendere possint, & bona, quæ demerit; & ibi consideranda bona, mala obliteranda. Did. Nyls. D. 3. Pent. §. 3.

Postquam filius tuus hic, qui depravit substantiam suam. Luc. 15. 30. Videt in fratre suo non conversionem, non humilitatem, fac me sicut unum de mercenariis: sed tantam luxuriam, & dissipationem bonorum. Concitatus erat animus odio, & invidia. Sylveira in Matth. 4. q. 30.

Interrogaverunt eum: quis est ille homo, qui dicit, tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 12. Duo paralyticus dixerat: qui me sanum fecit, ille mihi dicit: tolle grabatum tuum. Illi verò non querunt, quis est ille homo, qui morbum adeò pertinacem depulit; sed, quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum. Salutem imperitissè, beneficii gloriam evulgasset lectum sabbato præcipere tollere, ad speciem virtutum minuebat: illa ergo callidè omittunt; quæ gloriosa; illa sollicitè indagant, quæ videbantur obscura. Naxera in Jos. 2. §. 22.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu? Joan. 8. 48. Cur Judæi Jesum vocant Samaritanum? Rupert. l. 9. in Joan. pro eo, quod ad Samaritanos biduo mansit, & docuit. Joan. 4. 40. ideo Dominum Samaritanum nuncuparunt. Oculos conjuncti Judæi ad loquendum cum Samaritanis; & inde calumniantur: non tamen considerant mirabilem conversionem. Sylveira in Joan. 8. q. 11.

§. VII.

Observe cum malis etiam bona.

Percussit statuum in pedibus ejus. Dan. 2. 34. Lapis testam tangens, & statuum evertens sunt, qui corrigere nesciunt, nec coercere peccantes. Debeueras sanè parcere testæ; quam ferrum, & aurum, & aurum, non solum tolerandam, sed pretiosam, in statua reddebat. Quis enim in tanta metallorum, copia testam rimetur? Sed cæcis & testam tange, si displicet in statua; sed ita eam frange, ut non totum pariet simulacrum committas: reprehende in iracundo furorem; sed non ideo prudentiam, scientiam, eloquentiam, nihil dicas. Parce tot virtutibus, dum uni non parcis vitio tot virtutibus; coronato. Putandi palmites in vite; viri parce: excutienda à palis grana; non verò simul ea exure. Oliva l. 9. Strom. Percussit statuum &c.

Si proximum peccatum videris, non hoc solum ipsius considerabis; sed & quæ fecit, aut facit probe, anteadverte; per omnia expendens, & non particularia contrahens. S. Basilus conc. de humilitate.

Vultis scire vim torcularium nostrorum? ut unum dicam, unde & ipsi murmurant, qui ea faciunt: quantæ, inquit, rapinæ temporibus nostris? quantæ pressuræ innocentium? quantæ expoliationes rerum alienarum? ita sanè in amurcam attenditis, quia rapiuntur res alienæ: in oleum non attenditis; quia dantur, & propria. S. Augustin. in Psal. 80. explicans titulum pro torcularibus.

TITULUS III.

OBSTINATIO.

§. I.

Symbola, & similitudines.

Num. I.

Comparatur lapidis, petra &c.

Percussio virga bis filicem. Num. 20. 11. Heu Domine Deus! quàm durum est cor! non ab homine, sed à Deo; non tantum bis, sed centies, percussum est; & non emisit unam guttam, unam scilicet compunctionis lacrymam. S. Bonaventura f. 3. post D. O. Epiph.

Altare, altare. 3. Reg. 13. 2. Missus Propheta, ut sacrilegum



Alia Symbola ex Veteri, & Novo.

gum regem converteret; relicto rege, sermonem convertit ad lapideum dicens: altare. S. Chrylost. Proem. in II. cum lapide verba facis? etiam: quando rex est, nimis corpus sentium, quam lapis. Et audivit lapis: ipse lapis in fissuras diffractus est, victimam effudit: homo ille non exaudivit, apud Baeca t. 2. l. 8. c. 3. §. 38. Eadem verba S. Chrylost. hic proem. priori in II. apud Efcob. Persecut. Chr. t. 2. l. 11. sect. 1. sic referuntur: lapidem alloqueris? sic: quoniam lapis ipso insensibilior rex. Audi altare. Audis? hæc dicit Dominus. Atque illico altare scilicet est lapisque audivit: fractus est lapis, effudit libamen: quomodo non audivit homo?

Cor ejus indurabitur tanquam lapis; & stringetur quasi malleo, tanto magis stringitur, & induratur.

Anseram eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Ezech. 11. 19. id est, non cor sine sensu, sed cor cum sensu. S. August. contra Faustum c. 4. Et lib. de gratia & libero arbitrio c. 14. quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum; cui, nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari. Et infra: cor lapideum non significat nisi durissimam voluntatem; & adversus Deum omnino inflexibile est, apud Cornelium hic.

Montes Israel, audite verbum Domini. Ezech. 36. 1. Quid vis divine vates! Loquere hominibus, non montibus. Ob Judæorum duritiam ad res insensibiles se contulit; ut homines multo illis insensibiliores esse significaret. Diez. Concisionis auditor.

Contenda iudicio adversarum montes. Michæ. 6. 1. Citantur hic montes ut rei; eò quod in montibus erecta fuerint, & culta, idola. Licet enim populus propriè sit reus; tamen, quia is durus, & rebellis, volebat audire prophetas, & per eos lites, & iudicium Domini; hinc citantur montes, in quibus populus peccaverat, q. d. vos ò montes insensibiles magis sentitis effus, quam sensibiles Israelitæ. Vos enim sentitis vocem, & iudicium Dei creatoris vestri; eique obeditis, quem illi non sentitis. Vos ergo cito, ut incolæ vestros, qui rei sunt, representetis: ut ipsi per vos audiant, & cognoscant, iustam meam litem, actionem, & querelam; acque reos fateantur, poenitent, & veniam petant. Cornelius hic.

Die, ut lapides isti panes fiant. Matth. 4. 3. Dar mihi homo lapides pro pane, & lutum pro siti. Quid est panis, quem desidero, nisi profectus animarum, contritio cordis, & pro his præsatis mihi homo lapides per cordis duritiam. Satiat me luto pro impenitentiam, & vanam confidentiam. Propterea bene conqueri possum, quod quasi mater peperit eos cum dolore passionis mez in lucem; sed ipsi magis volunt esse in tenebris l. 6. revel. S. Brig. c. 19. verba Christi. Famenti in deserto Christo non nisi lapides in cibum offeruntur. Lapis durus est, & frigidus, alimentum in-aptus. Sic multi hoc tempore, dum eorum Chrius est salutem, & conversionem; non nisi ei cor rebelle, durum, lapideum, sicum apponunt. O si cor eorum lapideum fiat carneum! Marchantius D. 2. Quadr.

Alia ceciderunt in petrosa. Matth. 13. 5. Per petram designat cor durum. Haymo hom. in D. Sexag. Petrosa significat duritiam cordis. V. Beda l. 2. hic.

Tollite lapidem. Joan. 11. 39. Peccator durior lapide. Baeca t. 2. l. 8. c. 3. §. 33. Lapis superpositus, qui iubetur auferri, duritia est cordis humani: qua, nisi præcepto Domini auferatur, resuscitari non potest mortuus in peccatis. Sim. Cass. l. 5. c. 15. hic de resuscit. Lazari.

Num. II.

Obstinatio comparatur somno.

Heli iacebat in loco suo. 1. Reg. 3. 2. Sept. dormiebat. Offenditur ejus negligentia, & remissio animi; qui tam gravibus minis, vel tonitruis, de celo territus non vigilavit Mendoza hic.

Ab increpatione tua Deus Jacob dormitaverunt, qui ascenderant equos. Ps. 75. 7. Non minus difficile videtur, ut is, qui damnatorum poenas considerat, peccatis inhæreat; quam si quisquam indomito equo vectus, magno strepitu auribus infonante, placides ubi minus somno capret. S. August. in Psal. 75. attendit charitas, rem tremendam dico: increpatione strepitum habet, strepitus expurgit homines solet facere. Ecce quo somno doritavit ille Pharaon, qui ascendebat equos: non enim vigilabat in cordes; qua de increpatione durum habebat cor: duritia enim cordis obdormitio est. Pinna in Eccl. 1. Eihol. 8.

Dormiebat sicut gravi. Jon. 1. 5. Inter tonitrua, nec tempestas, nec venti validi, eum excitavit. Imago peccatoris obstinati.

Num. III. Alia Symbola ex Veteri, & Novo.

Edig vobis Dominus, oculos videntes, & aures, qua possunt audire. Deut. 29. 4. Non quasi Hebraei non haberent oculos, aut non viderent portenta, & beneficia sibi à Deo præstita; sed quod videntes, & audientes ea, quasi non viderent, & non audirent: quia ea non æstimabant nec inde ad amorem obedientiam, & laudem Dei asurgebant. Deus ergo non dedit eis aures, cor, & oculos videntes: quia ipsi ea occulerant illuminationi, & gratia Dei. Cornelius hic.

Ipsi fuerunt rebelles lumini. Job 24. 13. Similes quibusdam Æthyopiis, de quibus testatur Plinius, Herodotus; quod inimici sint solis; quodque ad ortum, & occasum, maledictionibus ipsam impetant: nigris enim his populis nox nigra perlatæ. Joan. 3. 19. lux venit in Mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Marchantius D. Pall.

Descendi in hortum nucum. Cant. 6. 10. Nux, vel fractio nucis, symbolum, & perfectæ patientiæ illorum, qui animas Christo lucrari, & despondere satagunt: præsertim illas, quæ callum in perfidia, aut vitio aliquo longa peccati consuetudine obdurexerunt; ut callus hic suaverit, & sensum referretur. Hortus nucum est anima sancta, patiens, & perfecta; præsertim quæ assidue laborat in conversione peccatorum durorum: quales sunt Judæi, hæretici, concubinari &c. Cornelius hic.

Sardi audiant. Matth. 11. 5. Finge aliquid, qui nec maximarum campanarum sonum, nec bellicorum tormentorum boatum, nec tubarum clangorem, audire queat: an non ille litore sudior dicitur esse? Hoc ipsum de peccatore quovis sentiendum est; cuius tanta duritas est, ut nec terribiles extremi iudicii tubas; nec maximarum cæli campanarum strepitum, misericordie, inquam, & iustitiæ, omnibus horis auribus nostris infonantem; imò nec divinarum quidem comminationum tonitrua, audire queat: adeo, ut peccator ad Dominum jam convertis illud Ps. 37. 14. merito usurpare possit; ego tanquam sardus, non audiebam. Belsæus D. 2. Adv.

Ue in castellum. Eccl. Matth. 21. 2. Castellum, quod contra Dominum, & eius Discipulos, est animus obstinatus, propriè deditus voluntati. Duo discipuli ad eum missi sunt, & timor. Petrus Dam. serm. in Dom. Palmat. Quod est hoc castellum, nisi cor humanum? quod, priusquam Dominus ad illud veniat, cupiditatis follia vallatur, muroque obstinationis clauditur; atque in interiori latitudine iuxta Babylonicam turre erigitur. S. Bernardus in Ass. B. V. l. 5.

Quariduanus est. Eccl. Joan. 11. 39. Latet in Lazari resuscitatione spiritualis suscitatio peccatoris: Lazarus namque quariduanus, scilicet, & sepultus, peccatoris typum gerit, non cuiusque; sed obstinati, indurati, corrupti: in quo ratio, mens, sensus, synderesis vitio sepulta sunt. Quariduanus est: quoniam quatuor dies in peccato habet; scilicet consensum, opus, consuetudinem, & contemptum. S. Thom. Vill. l. 6. D. 4. Quadr.

Secundum duritiam tuam. Rom. 2. 5. Cor durum in Scripturis dici videtur, cum mens humana, velut cera, frigore iniquitatis obstricta, signaculum imaginis divinæ non recipit. Origines l. 2. hic.

Ere sic ut ostium. Apoc. 3. 20. Joachim Abb. quasi ostium quoddam apposta est duritia nostra inter Deum & nos; ut videatur non valere omnipotens ad corda nostra venire, secundum illud Evangelii: non potuit ibi (id est, in Nazareth) virtutes multas facere, propter incredulitatem eorum. Nonne Christus ad Discipulos ingressus januis clausis. Joan. 20. 19. cur hic pulsans stat ad ostium? quis ingressum impedit? duritia; & obstinatio humani cordis in malo, sic ostium claudit: ut ad illud Jesus non habeat ostium. Quo conventio Christi ad Bethsal? 2. Cor. 6. 15. non enim in una sed morari possunt, Deus, & demon. Sylveira hic.

Ex Variis.

Figulus tenero in luto quamvis superinducit figuram, fingit, rehguit, format, obliterat: ad postquam exsecutum induratum, quam reformet, citius franget. Nazera in Joh. 22. §. 17.

Medicorum dogma est: post paroxysmum febrientem observandum, quomodo corpus se habeat: an extenuetur vel maheat in priore statu. Si enim permanceat, nec extenuetur; crisis est, febrem fore longam, vel lethalem. Ita Hippocrates l. 2. Aphor. 28. Et quid dices de peccatore, cui Deus per Evangelium, per Concionatores, per lectionem librorum, per internum conscientia remorsum, febrem immittit; ut cohorrescat ad memoriam futuri iudicii: ad hæc tamen nihil extenuari; nihil remittere de malitia; perseverare in pristino statu vitiosæ vitæ; diefene hunc sanum, aut laborare paroxysmo, qui salutem promittat? Joan. Schonleben Disc. 26. D. 24. Pent.

§. IV.

Obstinatum exempla.

Obstinati actus, & effectus.

Surge, egredimini de loco isto. & visus est eis quasi ludine loqui. Gen. 19. 12. Sicque concremati sunt. Instantissimè conabatur Loth duos illos juvenes generos suos secum Sodomo abstrahere. Sed, ut ait glossæ: pravæ consuetudinis amor eos ligaverat. O quot hodie pertinet in orbe peccatores! qui, quia ex tot concionibus non corriguntur, Interni ignibus comburentur. Diez conc. 2. in Comuni MM.

Amovet lapidem, qui puteus claudetur. Gen. 29. 10. Grex Rachel non poterat bibere, priusquam Jacob putei lapidem revolveret: sic, nisi Deus de corde tollat obstinationem, flere nequimus. Holofernes aquæ ductus occludit. Judith. 7. 6. Stella de cont. Mundip. l. 1. c. 60.

Noluit intelligere, ut eis ageret. Pl. 35. 4. Monemur nec respicimus; terrenum, nec timeamus; cordimus, & perimus; morimur, & peccamus. Olyia lib. 9. Strom. 6. noluit intelligere &c.

Quare dicitur sapientiam, & non invenit. Prov. 14. 6. Januarius q. d. derisor, idest, qui longo tempore non acquievit sapientum salutaribus monitis; sed etiam inveterata malitia obstinuit veritati, & sapientiæ: iusto Dei iudicium in tribulationibus, & angustiis; atque ob id quærens sapiens consilium, quo evadit urgentia mala; frequenter non invenit sapientiam, sibi bene consulente; sed suis consiliis finitur semper in peiora prolabi. Cornel. hic.

Plus proficit corruptio apud prudentem, quam centum plaga apud stultum. Prov. 17. 10. q. d. vir prudens ob divinas comminationes corde contrahitur, & respicit: stultus vero nè fame quidem, aut alia clade pulsatus sentit, aut ad frugem se convertit; sed in malitia obstinate persistit. Ratio hujus sententiæ: quod prudens sequatur ductum recte rationis. Itaque si vera ratione ostendat eum errasse & veritati, & rationi, cedit; erratum agnoscat, & corrigit. Stultus vero non sequitur ductum rationis; sed phantasia, & concupiscentia: qui quia mordicus adheret, hinc ab ea non nisi multis verberibus avelli potest. Sicut canis os rodens, ab eo non nisi multis plagis avelli se finit. Tales sunt impii, de quibus queritur Ieremias 5. 3. perniciis illi eos, & non doluerunt. Et Cornelius hic.

Impius, cum in profundum venerit, contemnit. Prov. 18. 3. peccare, idest; non curat peccare. Vel contemnit se: quia pro quolibet vili datur, ut avarus pro obolo, luxuriosus pro momentanea voluptate, superbus pro vanissima laude. Vel, contemnit Deum: quia à peccatis absoptus ipsum nec veretur, nec timet. Hugo Card. hic. Profundum malorum obstinatio est; induratio, desperatio, contumacia rebellio mens est in quod profundum cum quiquam venerit; contemnit Deum, contemnit seipsum, contemnit virtutem, contemnit gloriam, contemnit & poenam; contemnit monitus salutare; contemnit omnem sententiam, & compendia, redeundi. Sim. Cass. l. 13. c. 5.

Peccatum, quod poenitentia lamento non diluitur, peccatum simul est, & causa peccati; quia ex illo oritur, unde adhuc peccatoris animus altius obligetur. S. Gregor. hom. 11. in Ezech. c. 3.

Ciconia, quæ in turribus, & campanariis Ecclesiarum, nidificans, cum quotidie audiant pro mortuis pulsari campanas; nec avolant, nec terrentur: quia illas assidue audiunt. Sic obstinati peccatores, cum quotidie pro mortuis audiant pulsari campanas, consuetudine illa sonitus timorem amiserunt. Diez. Moss. 11.

§. III.

Obstinatio deploratur.

Abne quadraginta dies, & Ninivæ subvertetur. Eccl. Joan. 3. 4. Mirabile imò miserabile! Ninivæ ad duo verba Joannis induerunt se cilicio: & tota die verberant aures nostras sacra verba; & tamen non moventur Hugo Card. in Gen. 9. 13.

Estio quosdam aut stulta præsumptio longe vitæ, aut spes quoadque agenda poenitentia, consolentur; nonne novum hoc monstri genus est, esse aliquos etiam in morte vitiosos? Salvianus l. 7. de provid. Dei.

Clamavit Dominus in ligno; & hic clamor tam fortis fuit, quod petras scidit, monumenta aperuit, terram concussit. Attende, quam duri sunt filii Adam; qui illum non audiunt, quem insensibiles audierunt. S. Bonavent. l. 10.

O quot sunt indurati filii Adam, ut frangi, vel flecti non possint: qui non movet eos prædicatio, nec frangit eos infirmitas, vel tribulatio; nec emoluit charitas, vel devotio; imò nec ipsa Christi passio. Idem l. 46.

Adam ubi est? Gen. 3. 9. Ac si diceret: à quanta gloria in quantum ignominiam lapsus est? Interrogat ergo eum, ut quid peccasti? ac si ipsi innueret, ut responderet: dimitte Domine! Et nusquam; parce audire; nusquam humilitas, nusquam poenitentia conspicitur. S. Dorotheus Abb. de re. nunt. Doctr. 1.

Orate Dominum, ne auferat ranas à me. Ex. 8. 8. Fecit Moyses, quod pecebat; sed non Pharaon, quod promiserat. Videri autem Pharaon, quod data esset requies, ingravit cor suum. 9. 15. Data requies obstinationem nutritæ, expertum discrimen ulterioris metum non creabat. Plus audaciæ ad nova delicta fumebat Pharaon, quia ranas evasit, quam timoris caperet, quia sustinuit. Data salus fluitant genitum fiduciam. Nazera in Joh. 8. §. 13.

Et ecce unus de filiis Israel intravit ad fratrem. Num. 25. 6. Zambri, cum passim fornicariis trucidarentur, ad Moabidem ingressus est, gladio Phinees occidendus, Olyia lib. 9. Strom. 6. noluit intelligere.

Confidit in virgine, & inasperavit me. Pl. 21. 18. Ut non aliquid transitorie, aut casualiter fecisse videantur; dicit eos confidisse, & inasperasse; & cor eorum lapideum, tum miraculis non fuisse mollium. Petra scilicet sunt; terra tremuit, sol amictu se tenebroso, nè tantum oculis videret, abscondit. Et pro dolor! iniquitas in ipsorum oculis defixa in sacrolegio suo mansit immobilis. Cassiodorus hic.

Super quo percuriam vos ultra addentes pravationem? If. 1. 5. Deus humano more loquitur instar parentis, aut heris qui malè moratum filium, aut seruum, verberibus castigatum, & non emendatum; quin potius contumacem, & induratum, majora scelera committentem; quam scum deliberrans inducitur: quid faciam cum homine isto? castigatio sit infolentior. Sic loquitur Deus Os. 6. 4. quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Juda? Sic interpretatur prædicta verba. S. Hieron. Cyrillus, Basil. Chrylost. Procop. Quorum peccata medicinam possunt admittere, eosdem munitibus verbis castigare solent, viftrato, inquit, in virga iniquitates eorum. Pl. 88. 33. At is, quorum deplorata est salus, tanquam de respicientia dubitet, atque desperet: quid ultra, ait, percuriamini? Sic legit cit. v. ex Sept. versione. Arcones hic Disc. 5.

Tunc jubente rege, induit est David purpura. Dan. 5. 29. Balthazar sumens characteribus confertatus, ubi à Daniele intellexit, sibi imminere excidium, nè unam quidem profudit lacrymam; & tertium à rege proclamari iustitiam, à quo vita ejus fuerat conclamata. Nulli defusus, vel in funere, nisi nobis: curamus alienum honorem, salutem nostram negligimus. Olyia ante citatus.

Ninivæ erat civitas magna trimesium dierum. & cæpit Jonas invenire. & clausit. Eccl. Jon. 3. 3. Remigius hic. Per hostres dies ambulavit per vias, & plateas civitatis: & per quadraginta dies, à rege usque ad minimum, rigidam poenitentiam subierunt. Ad iudicium Christus D. per tres annos prædicavit; per quadraginta annos dedit eis spatium poenitendi. Ezech. 4. 6. Item pro anno, diem, inquam; pro anno debi est. Et tanta Christi clementia obturati Judæi manserunt. Sylveira in Matth. 12. c. 24. §. 16.

Vt homini illi, per quem Filius hominis traditur. Matth. 26. 24. O laxum Judæ cor, & proditoris mens, admanet, filice, & ferro, impenetrabilior. quem emollire nequiverunt sermones sapientiæ, æternum vix, & maledictionis irrevocabilis sententiæ. Sed avertit homicida hic, & omnium sceleratissimus, faciem suam; nè colorum videret Dominum. S. Laurent. Just. de triumph. Chr. ag. c. 5. Seris ferecis, interioris domus oblituit januas, vesticulique firmavit; quatenus ad salutem ejus cunctorum salus aditum non haberet. Id. ib. Sagaciter perpendamus, quanta se fragilitas, & malitia, mens humanæ eò quod. Judas iste miserimus, auditis canis Christi sermonibus, & beneficiis ab eò susceptis, etiam in hac cœna, in comunione, & pedum lotione; tot vitiis Christi miraculis; & in tam sancta, & electissima societate Apostolorum, tanto tempore conversatus; ad tantam impietatem dilapsus est; nec à concepto scelero proposito exitu revocatus. Dionys. Carthus. in Luc. 22. O cœcitate proditoris! qui, cum ineffabilibus mysteriis communicasset, idem permansit; & divina mensa susceptus in melius commutari voluit. S. Chryl. hom. 36. in Matth. 26.

Contrarium vobis, & non scilicet; lamentumimus, & non horralis. Luc. 7. 32. S. Ambros. Sic explicat: eò quod viderent, tur Judæi nec Psalmis primo, nec Threnis postea prophetici credidisse; psalmis ad præmia provocati, Threnis ab errore revocati. Non in triumphis, non in excidiis Judæorum secuta correctio est: qui divinæ indulgentiæ muneribus locuta levare mentem, corpus atollere, terrena deserere, cœlestia quætere debuerunt; & injuriis captivitatibus attriti desere pec-



cautum; quod color esset auctor injuriz. l. 6. in Luc. hic. Annuntians vobis regni caelestis gaudium, & minime corda vestra motu quodam alacritatis exultant; praedicamus triste judicium; & sensus vestri ad poenitentiam in lacrymas non prorumpunt. S. Ambros. f. 80.

S. V.

Obstinatio quibus motis vitandae.

Scripta erant in eo lamentationes; & carmen, & vs. Ezech. 2.9. Propter triplicem statum justorum, poenitentiam reproborum, scripta erant in libro, qui Ezechiel datus erit, carmen, lamentationes, & vs: carmen laudantium, lamentationes confitentium; vs: illorum, qui poenitentiam respuunt; quos expectat aeterna damnationis supplicium. Biesen, lib. de conf. sacra.

Dies ista super civitates munitas. Sophon. 1. 15. 16. Quod scelus est, portas occludere, & propugnaculis se tueri? Sancti Gregor. p. 3. fast. c. 13. quid per civitates munitas exprimitur, nisi suspectas mentes, & fallaci semper defensione circumdatae; quae veritatis ad se jacula, non admittunt. Oliva tom. 1. cont. 14.

Sicut fulgur exit ab Oriente. Matth. 24. 27. Merito Judicis supremi adventus fulguri comparatur? ut enim fulgure igne non tam perditur mollia, sed magis dura, & resistentia: sic in judicis adventu majori afficietur plaga; qui durior, & obstinatio in peccatis fuerit. Baza t. 3. l. 15. c. 12. hic.

Petra scissa sunt. Matth. 27. 51. Saxa scissa loquantur, & suo modo provocant dura corda hominum, ut scindantur; & recogitent eum, qui talem pro omnibus sustinuit passionem. Sim. Cass. lib. 13. hic. Terra mota est, & lapides scissi: ut denotetur, quod lapidea hominum corda per ejus passionem deberent scindi: & quod iste Mundus, debet ad bonum Passionis Jesu morientis virtute moveri. S. Bernardus t. 1. l. 56.

Ex vobis unus diabolus est. Joan. 6. 71. Diabolus Angelus irreversibilis est; homo diabolus obstinatus. Et cum homo usque ad finem per liberum arbitrium mutabilis maneat, diabolus a Christo non vocatur; nisi ab ipso in malo proposito immutabilis praesertitur. Sim. Cass. l. 8. c. 31.

Parcite: obsecro fratres, parcite animabus vestris parcite sanguini; qui pro vobis effusus est: Horrendum caveat periculum; ignem, qui paratus est, declinate. S. Bernardus f. de Conversione ad Clericos.

Nullus lapis est nisi durus, nullum ferrum, non quocumque metallum; sicut ille homo, qui, dum Patrem pitissimum conspiciit sanguine eruenturum; & compassionem non scinditur, nec ulla pietate movetur. S. Bonavent. l. 5. e.

Non sumus Angeli, postquam & peccare; & subjacemus poenitentibus; & in valle miseriae habitamus. Non sumus demones; postquam enim errata corrigere, & poenitentiam agere pro erratis. Ab illis Angeli sunt liberi; in istis sunt demones obstinati. Nos, qui inter eos mediis positi sumus; nec liberi, ut Angeli; nec, ut demones, obstinati. Sim. Cass. l. 1. c. 20.

Multi volunt misericordiam, reticendo peccati miseriam; & orant misereri; sed nonnulli emendari. Superbia maxima est, petere misericordiam, & in vitiis velle manere. Id. ibid. c. 26.

S. VI.

Obstinatio quibus mediis mollitur.

Ubi dicitur sicut lanam. Ps. 147. 16. Videmus nitem, rebulam, crystallum; bonum est, ut ille spiraret, & solvat. Si enim ille non spiraverit, si non ipse duritiam glaciei hujus dissolveret; ante factum rigorem ejus? Cujus? Dei. Unde est ejus frigus? ecce deserit peccatorem, ecce non vocat; ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam; S. August. in Ps. 147.

Negue tu times Deum. Luc. 23. 40. Vide utriusque gratiam ejus (Christi) effulgentem: creaturam conceitit, petras dissipat; animam latronis petra duriorum, cera molliorem efficit. S. Chryl. hom. in Crucem.

Oculi ejus tanquam flamma ignis. Apoc. 1. 14. S. Antonius Pad. in fragmento sup. Apoc. hic: idest, respectus gratiae Christi, tanquam ignis glaciem, idest, cor peccatoris congelatum, dissolvit. Luc. 22. 61. Respexit Dominus Petrum; oculis scilicet misericordiae; & servit amari: quia dissoluta sui glacie cordis ejus in lacrymas compunctionis. Sylveira hic.

Tanta est vis Sacramentorum eorum, quae diebus istis recolluntur; ut possint erant ipsa lapidea scindere corda; & pecu- lium omne, licet ferreum, emollire sufficiant. Denique videbimus usque hodie, ad Passionem Christi, non solum caelestia compati; sed terram moveri; & petras scindi & in confessio-

ne peccatorum aperiuntur monumenta. S. Bernardus C. in Coena D. de Sac. Altaris.

Nullum cor tam lapideum, tam durum, vel obstinatum; quod Dominus statim, cum voluerit, ad veram poenitentiam emollire non possit. Richard. a S. Vi. tr. de potest. lign. arbor. solv. c. 3.

Misallana.

Deus indurat corda, non impariendi malitiam; sed non impariendi misericordiam. S. August. ep. 103.

Obdurare per justitiam dicitur Deus; quando cor reprobi per gratiam non emollit. At homo dicitur tunc obdurare cor suum, quando resistit inspirationibus, & vocibus Dei. S. Gregor. mor. l. 11. c. 5.

Obdurare dicitur Deus hominem, non ejus faciendo duritiam; sed non auferendo eam, quam sibi ipse intravit. S. Isidorus l. 2. c. 5. sentent.

Quid cor durum? ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate molitur, nec movetur precibus; minis non cadit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad judicia fenum; invecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina; praeteritorum obliviscens, praesentium negligens, futura non providens. Et ut in brevi cuncta horribilis mala complectar; ipsum est, quod nec Deum timet, nec hominem reveretur. S. Bernardus lib. 1. de consid. ad Eugenium c. 2.

Quatuor sunt hominum genera pertinaciter obstinatorum; scilicet tyrannus in retentione domini; haereticus in privitate fidei; alienus verbis improprie; & possessor alienae rei. S. Thom. Aqu. opusc. 37. c. 4. Vide plura. Peccator. Consuetudo.

TITULUS IV. OCCASIO.

S. I.

Bona non negligenda.

Ex Veteri.

Et tempore erat Laban ad vendendam ovem; noluitque Jacob confiteri locum suo, quod super. Gen. 31. 20. Nactus est Jacob magis opportunitatem tempus ad fugam; locus enim ille, in quo Laban occupatus erat in tonione ovium; remotus distabat. Dionys. Carth. apud Sylveira in Matth. 18. c. 13. q. 3.

Festivavit populus, & transit. Jos. 4. 10. Cum flumen apertum viderent, & occasionem ad transiendum; mox eam apprehenderunt. Diez D. 23. Pent. cont. 1. Excitatus erat Jordanis altiveus, commodaque in terram promissionis transiendum dabatur occasio. Itaque festinavit. Et multa nobis dantur in caelum promissum transiendi occasiones; festinemus, & transiamus. Barradius D. 20. t. 2. l. 4. c. 14.

Elegit sibi quinque limpidissimos lapides. 1. Reg. 17. 40. Abul. q. 29. hic: accepit lapides, priusquam intraret bellum; quia forte postea, quando pugnaret, non reperiret lapides in loco; & interim posset eum percutere hostis: vel forte non inveniret lapides convenientes sibi in loco: egregit enim durissimis. Didacus Nyss. D. Sept.

In die bona venimus: quocumque invenerit manus tua, da servit tuis; & sita tuo David. 1. Reg. 25. 8. Abul. hic: voluit petere tunc, & non alias: ed quod crederet, cum nunc magis esse dispositum ad dandum, quam alias: quia in illa die tondebant greges, fiebat lactia magna, & convivia; & cum hinc sint homines hilariores, esset magis dispositus ad dandum. Did. Nyss. l. 4. c. 8. Vit. Abr.

Ex Novo.

Ecce leprosus veniens adorabat eum. Matth. 8. 2. S. Chryl. quasi festinus occurrit ei. Abul. leprosus quasi ex quodam impetu, & cum quadam praeparatione veniebat ad Christum: quia timebat, ne intraret urbem, antequam curaret eum; & si introisset senel in illam, non licebat leproso illuc introire ad petendam curationem: ideo manifestus paratus in loco suo, per quem Christus descensusus erat, ut occurreret ei. Age tu in negotio animae, quod ille circa corpus mortale. Did. Nyss. D. Sept. 5. 2.

Et ecce mulier Chananaea clamavit dicens ei: miserere mei. Matth. 15. 22. Non dimisit illum ulterius transire, quocumque affecta fuit omnia, quae desiderabat. Stella in Luc. 7.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei. Matth. 20. 20. Advertendum, matrem filiorum Zebedaei accedere ad petendum, cum de Passione Christi sermo habitus esset, cum thesauri sanguinis Christi aperiretur: Quando tu memoraris Passionis Christi, illamque recogitas, & Patri proponis; tunc pete, quicquid voles. Ut petas a rege beneficia, expectas temporis opportunitatem, cum laetus est. Lactia Christo Passio; mira dat in Passione beneficia. Oforius f. 4. D. 2. Quadrag.

Quid

Quid molisti istis huic mulieri. Matth. 26. 10. Cur Christus reprehensit Discipulis, Mariam laudat? ex verbis Christi: quia ista occasione, Christo in propria persona beneficiandi: Sylveira hic q. 11.

Veni hora. Marci 14. 41. quasi dicat Apostolis: non illam praetereramus. Heu quam multi horam divinis actionibus aptam praetererunt; & eos incautos apta hora pertransit; & in omni vita ipsorum non revocaverunt praeteritum; nec illud bonum, quod se ad agendum praebat in hora dimissum. Assuit hora exercendae humilitatis, & abique humilitate transire permiserunt: assuit hora, quae parabat fluvium lacrymarum, quae defluxit; nec reinventum similem actionem. Praestat aliquando hora orandi facilitatem; & mox horam deduxit in horam; & illa in aliam: & sic per incuriam tempora multa vacua defluerunt. Non ergo praeteramus horam nostram, quia nefleximus horam divinam: hora nostra est actionis; dijudicationis est hora divina. Sim. Cass. l. 13. c. 7. hic.

Ecce ipsa hora supervenit. Luc. 2. 38. Supervenit hora, qua Christus adventit, cum quo in templo convenit. Supervenit annus, ista debita hora; quoniam ante illam venisset in casum, quia scriptum est: vanum est vobis ante lucem surgere. Vanum porro cunctis viventibus factum erat, ante lucem, quae Christus est, boni aliquid peregrisse: post venisse, protinus ignavia adhibere. Coepit hora, convenire posse cum Christo ab eo tempore, quo in Mundo incarnatus apparuit; & usque ad saeculi terminum perdurabit. Post mortem vero haec hora finem fortietur; ut, qui cum Christo in hac hora, in hoc templo, non convenierit; post mortem convenire nullatenus possint. Et cum omnes habeant horam; & qui perdidit conveniendi horam cum Christo; qui omnem semper paratus est ad horam, quando ad ipsum redire decernimus. Sim. Cass. l. 2. c. 17. hic.

Quid autem sol occidit. Luc. 4. 40. Cur post solis occasum adducebantur infirmi ad Christum? Abul. in Matth. q. 8. quia sequenti die mane recessurus erat de urbe Capharnaum. Marci 1. 35. Luc. 4. 42. Ubi scilicet occasione. Sylveira hic q. 8.

Cum audisset de Jesu. Luc. 7. 3. Mox ut Christus Capharnaum pervenit, & id intellexit Centurio: nuntius ad illum misit, ne forte discederet. Si Christus prope te transferat, & audieris famam ejus, vocem, & inspirationem; ne facias moram, fed cito accurre, antequam discedat, mors veniat. Sella hic.

Et ecce mulier ut cognovit. Luc. 7. 37. Mota ad caelestis Doctoris verbum, suorum peccatorum mole contrita, liquefacta dulcedine Christi, tracta decore conversationis; fida in animo, de benignitate ipsius sperans remissionem peccatorum; incensa igne charitatis illius; opportunitatem perveniendi studio impigro querebat. At ubi tempus, & locus, & questus Christus, conveniunt; quarens invisibiliter tracta, non solum vocis, sed mente vocata venit. Simon. Cass. lib. 8. hic de Magdalena. Nota diligentiam: non interposuit moras; non reservavit poenitentiam ad finem vitae. Caesar. Arelat. hom. 7. Dec ipsa se reservavit, ut in sine vite poenitentiam ageret; sed, dum adhuc poterat peccare, se voluit peccata desere, ut illam de adulterii suis non impossibilitas subtraheret, sed voluntas. Sylveira hic. Avidè arripit occasionem salutis, alibi forsitan non habitura. Tertull. l. de poenit. c. 4. rape occasionem inopinatae felicitatis. Id. ib.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Luc. 17. 12. Occurrerunt ei; ne, si transiret Jesus, ipsi remedio privarentur. Utere occasione salutis, quae a tergo calva est. Sylveira hic. q. 3.

Quid Jesus transiret. Luc. 18. 37. Caecus oblatam arripuit occasione: nam pertransit beneficiendo. Ag. 10. 38. Escobar t. 5. Prophet. Chr. l. 12. sect. 2. §. 2.

Domine, memento mei. Luc. 23. 42. O quam bene occasione tam bona uti scivit, petens gratiam eo die, quo sanguinis sui thesaurus Christus fudit; eo die, quo cum divina justitia genus humanum reconciliabatur; eo die, quo pro reis innocuus immolabatur. Did. Nyss. f. 2. Dom. Palm. de Convers. boni latro. Latro accessit optimo tempore. 2. Cor. 6. 2. tempore accepto exaudiri te; O in die salutis adjuvato. Dum enim omnia tempus habeant, quoniam dies salutis; quod tempus acceptum; nisi hora illa, in quo tantum sacrificium Patri oblatum est; quando Christi charitas summè exarsit; quando gratiae pretium tam copiosè effundebatur. Oforius f. 2. D. Palm.

Reliquit ergo hydriam suam mulier. Joan. 4. 28. Quare mulier dum tendit in civitatem, hydriam reliquit? Ratio hujus germana: ne ipsam hydriam prius domum portans detineretur ad tantum bonum suis concubivis nuntiandum: ne etiam ipsa mora Christus inventus in itinere elaberetur. Sylveira hic q. 37.

Secundum tempus. Joan. 5. 4. Descendit Angelus opportuno tempore, quando Deo visum, et non cetero aliquo Paschatis, sed hominibus minime cognito. Et ideo Angelus, aliquando venit interdiu, aliquando nocte, aliquando frequenter in an-

no, aliàs raro. Euthymius; non semper fiebat miraculum, sed certis temporibus; hominibus quidem incognitis; verum frequenter, ut opinor, in anno: propter hoc siquidem in portibus deambulabat languentium magna multitudo. Hoc à nobis Dominus maxime optat, ut omnibus horis, & momentis, de nostra salute sollicitus simus. Sylveira hic q. 9.

Ante diem festum Pascha, sciens Jesus, quia venit hora ejus. Joan. 13. 1. Scilicet Passionis, & mortis. Praecipit diem Passionis suae Dominus; ut pridie faceret, & ordinaret plurima, ad remedium nostrum spectantia; quae postredie per tumultuariam captivitate tractare non posset; solatium Discipulorum, lotionem pedum, SS. Sacramentum. Ut disceremus, non differre ad dies mortis, quae videntes, scientes, & prudentes, facere nos convenit. Si enim Christus summa sapientia; qui omnia derepente, & ex tempore, facere accuratissime poterat; ita se tamen ad diem, & horam mortis composuit, acsi antecedente praeparatione eguisset; quanta praeparatione se comparare homo debet ad horam mortis scilicet, quam tam multa occurrunt faciendi, quae ante fuisse facta oportet. Did. Nyss. D. Septuag. 6. 1.

Ecce aqua. Act. 8. 36. S. Hilarius in Ps. 67. Sacramentum Baptismi adeo impatienter postulat, ut à Diacono ministerium Apostolice officii salutis suae cupidus exigere. Arripuit aquae opportunitatem Eunucho, cujus erat in via raritas per desertum. Praesentem, & aptam occasionem noluit omittere. Sylveira hic.

S. II.

Occasionis bonae non negligendae alia motiva.

Crediamur foras. Gen. 4. 8. Oleaster: utinam, qui bona agunt, sic opportunum ad hoc tempus quzerent, quemadmodum peccatores. Notunt peccatores suam opportunitatem magis operibus quzerere, quam boni vix ad opera bona curant. Observavit ergo nequam Cain tempus, quo fratrem solum inveniret in agro; ubi, qui prohiberet, non inveniretur; neque, qui accusaret, adesset. Did. Nyss. D. 7. Pent. §. 3.

Qui timet Deum, nihil negligit. Eccl. 7. 19. Vidimus enim bellam. O venimus. Matth. 2. 2. Stella est gratia preveniens; quae ducit ad perfectionem, & consummationem. Hugo Card. hic.

Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Joan. 7. 33. Dives in misericordia Dominus peccatoribus his promittit, vel modicum tempus: pretiosa enim temporis particula ad conversionem. Perda illud adhuc. Cur illo modico tempore, quo adhuc donatus, ad conversionem non uteris? pro dolor! adhuc illi misericordis Dei addis, adhuc impoenitentia; & pertinacia. In omnibus his peccaverunt adhuc. Ps. 77. 32. Escobar t. 2. Perf. Chr. l. 6. sect. 1. obf. 7.

In novissimo die magno festivitatis stabat Jesus, & clamabat. Joan. 7. 37. Toletus: eos clamare huc valde admonet suae ne opportunitate tanta neglecta pereant. Id. ib. sect. 2.

Prateriens Jesus vidit hominem caecum. Joan. 9. 1. Magna transiens operatur. Sic caeco, qui erat juxta Jericho, visum restituit prateriens viam. Luc. 18. 37. Sic Petrum, Andream &c. vocat ambulans juxta mare. Matth. 4. 18. Sic etiam Mattheum, cum transiret. Matth. 9. 9. Zachaum &c. ut intelligas, praerire Christum D. Si te vocat, ideo continuo accede, ne omnino petranseat. Est tibi nunc divina inspiratio, audis concionem, vidisti amicum mori: transi Deus; responde ei: ne tibi contingat, quod sponse, quae continuo sponso aperire noluit. Cant. 5. 6. Cum postea surrexit, ait: ille destinaverat, neque transierat. Oforius f. 4. D. 4. Quadr.

Va! va! Civitas illa magna Babylon quoniam una hora venit judicium tuum. Apoc. 18. 10. Repentinus tibi superveniet interitus, & poma desiderii anima tua discesserunt à te. Poma, idest, opportunitas discessit à te. Escobar. tom. 1. mir. Chri. l. 5. obf. 5.

Edem Hora perpetuo apertam Romani volvere; illiusque aditum patere omnibus. Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 44.

S. III.

Occasio mala vitanda.

Ex Veteri.

Et ne tangereis illud. Gen. 3. 3. Mandacii ab interpretibus solet argui Eva; quod non solum esum, sed etiam tactum ligni, sibi dicit prohibuit; quod tamen cap. 2. 17. non exprimitur. Ego tamen non video, cur, qui in negotio minus periculoso, montis tactum prohibuit, hic etiam tactum ligni non vetaret; licet id Scriptura non referat. Quod si, ut est, probabile putas; merito Deus venit tactum, ne à tactu veniret ad esum. Oleaster hic: pius Pater praecipit non tangere, licet scriptum non sit; ne contingeret edere. Solut Dominus vias ad peccandum, seu initia, pracludere: ne contingat peccare. Ra-



mirez in ep. 1. Apoc. 2. 2. produxit Dominus in medio paradisi scientiam boni, & mali. Quare non in extremo? ne, dum frequenter cam arborem in conspectu cererent, quasi quibusdam iritamentis, & illecebris, illecei in datam legem committerent delictum. Procopius apud Bernardum in Gen. 2. 9.

Ambulavit Henoch cum Deo, & non apparuit. Gen. 5. 24. Sic enim vitabat homines, ut domi se contineret. Philo 1. de Abrah. latere ignotus cupiens, non humanæ societatis odio; verum quia fugiat vitia, quibus vulgus delectatur. Velloso in Judith. Par. 12.

Noli respicere post tergum. Gen. 19. 17. Præceptum hoc, in detestatione scelerata gentis, & terræ: & ut docerent, talia flagitia in tantum esse detestanda, & fugienda; quod etiam usque ad primum conspectum visus, vel memoria; non veniant. D. Thom. Aqu. hic.

Judeis, ne idola colerent; etiam fabricare non licebat. Ex. 20. 4. Ne die Sabati coquerent cibos, etiam ignem accendere prohibebatur.

Confidisti faciem meam. Pl. 29. 12. Mendoza in 1. Reg. 7. peccatum comparat cum habitu facino, aspero, & abjecto, quo peccatores induuntur. Hunc habitum dicit non extum, sed confictum; nam habitum, quem nocturno tempore dormituri exuis, matutino iterum assumis; at vero quem non modo exuis; sed etiam scindis; nunquam amplius recipis induendum.

Liberasti me de portis tribulationum; quia circumdederunt me. Ecl. 51. 4. 5. Hoc est, peccandi occasione Deus à justo amovit; qui, si portarum captus esset illico, sine scelus non evitasset. Oliva lib. 12. Strom. §. Et de portis &c.

Fugite de medio Babylonis, & salvos unusquisque animam suam. Jer. 51. 6.

Septem viam suam spinis. Of. 2. 6. Deus septem, & obstruit vias peccatoribus; cum eos à peccatis, moribus, arumnis, odiis, persecutionibus, cohibet; vel ipsas occasiones peccatorum tollit: quæ ingens est Dei misericordia; licet peccatorum suas delicias concupiscenti, ingrata, & exosa. Sic septem viam libidinosi lue Gallica; avaris, dum merces per naufragium perdunt; ambiciosus, favorem, & gratiam tollendo. Cornelius hic.

Ex Novo.

Tunc Jesus dultus est in desertum. Matth. 4. 1. Lotus in aquis illico deserta penetravit, dedicans se totum altissimo, subtrahens se à saculo; non sibi timens, aut cavens; exitus incurruptibilis ab omni; quod maculare hominum mores possent; sed sequentibus præstrinxit vivendi formam; quam cauta se conservatio eorum, qui purgationem acceptionem vergerum delictorum; in quocumque sit ordinata purgatio. Simi. Cassi. l. 1. c. 18.

Qui vidit mulierem ad concupiscendum. Mat. 5. 28. S. Chryso. hom. 17. in Matth. semel quidem, & secundo, & tertio sic videns, possit portare animum continere; si vero frequenter id fecerit, fornicaque illum sponte succendat; profecto capiet; neque enim extra naturam, alcumque humanam, consistit.

Stram compulsi Jesus Discipulos ascendere in naviculam. Matth. 14. 22. Sub noctem puto confectum epulum v. 17. homines in hoc multi, exceptis mulieribus. v. 21. Ideo Magister Christus occasionem suffulit tam nequitæ, quam infamie, & cæter. in Marc. 7. quibus cavebat à nocturno mulierem conortio. Velloso in Judith 5. Par. 12.

Arefacta est continuo scilicet. Mat. 21. 19. Athana. q. 58. arefeci peccati operculum, id est, folia ficus. Instrumenta, & occasiones, peccatorum tollit Deus, quibus irascitur: succidit hucos; templa ipsa, in quibus offunditur. Apud Velloso in Judith 4. Par. 21.

Si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire. Matth. 24. 26. S. Chryso. non dixit: ite, & non credite; sed, non exeat; magna enim fraus propter signa futura est. Apud Did. Nyss. D. 17. Pent. §. 3.

Apprehendens enim de umbra scorum. Marc. 7. 33. Poterat Dominus hunc agrum in medio populi, qui sequebatur, sanare; sed quod illum abstraxit, docere voluit: fugiendum à multis illi, qui vult sanari fieri, & salvari à peccatis. Did. Nyss. D. 12. Pent. §. 3. Qui vult sanari à peccatis, debet tumultum mundi evitare. Hugo Card. hic. Et Sim. Cassi lib. 5. c. 23. providus medendi archiatus, primò sanandum retrahit à prohibentibus sanitate.

Nominem per viam salutatoris. Luc. 10. 4. S. Ambros. l. 7. in Luc. fortassis quibusdam hoc duntaxat & superbum videatur malevolis præsertim rerum alienarum censoribus; qui arrogantiam tribuant, quod Discipuli ejus Domini, qui maxime semper præfuit mansuetudinem, humanitatem, humilitatem; nec salute; nec verbo quidem, dignentur obvios. Sed respondet Ambrosius: ideo honesta prohibentur, ne solemnem gratia obrepat officii, & impediatur ministerium, ejus mora culpa sit. Si honesta, tanquam honestarum re-

rum impedimenta interdicerentur; quam tu speres in rebus inhonestis, & illicitis securitatem? Si bonum inferius quam doque melioris impedimentum, tunc à deterioribus ad bona tuto facere gradum posse putas? Did. Nyss. ib.

Auferte ista him. Joan. 2. 16. Tunc ritè curatur malum, quando omnis relabendi in illud occasio profus tollitur. Quæres: cur animantes egerit à templo? cum satis fuisse videatur, exturbasse eos, qui illud usuris, & illicitis negotiationibus, profanabat. Respondet Toletus: Prudenter Christus hominibus eiecit, oves eorum, & boves, etiam eiecit; ne redeundi relicta videretur occasio: tunc enim malo subvenitur perfectè, quando etiam mali occasio amputatur. Did. Nyss. l. 2. D. 4. Quadr. §. 3.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 8. Sanitate donatum languidum jubet Dominus, & portare grabatum, & ambulare. Cur? quia, cum peccatoris gereret imaginem, à loco, ubi agrotabat, discedere oportebat. Efcobat t. 1. Mir. Chr. l. 5. l. 2. obl. 7.

Lazare veni foras. Joan. 11. 43. Extra sepulchrum Lazarus solvitur: in occasionem enim delinquendi constitutus quomodo potest abolitionis beneficio frui? De egresso dicitur a solvite eum, & scilicet abire. Efcob. t. 1. Mir. Chr. l. 10. sect. 3. obl. 6. Ut Lazarus vita donaret, & sepulchro prodire jusset: ut significaret, qui resuscitari verè cupit, non debere remanere in sepulchro, non herere intra occasionem; sed procul ab illa discedere. Did. Nyss. de Lacrymis Petri §. 4. Egressus foras: Luc. 22. 62. turpiter fallitur Christianus, qui putat, procul abesse posse à peccato; cum peccandi viciniam habet occasionem. Id. ib.

Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. Ad. 12. 11. Donec in carcere verfabatur Petrus; licet expeditus vinculis esset, non putabat scuram, & certam, suam libertatem, sed iudicari se putabat; excusantibus se vultu videtur. At cum è carcere procul inde evasisset, tunc dixit: nunc scio verè. Illius, & fraus demonis est, si putas te procul à peccato, dum adhuc in carcere occasionis hares. Cyp. lib. 4. ep. 11. nemo diu tutus est periculo proximus. Did. Nyss. de lacrym. Petri §. 5.

S. IV.

Exempla.

Ex Veteri.

Quinque profecti essent, terror Dei invasit omnes per civitatum civitates; & non sunt nisi postquam recedentes. Gen. 35. 5. lege locum. Cur fugientem timent? iuxta S. Chryso. hom. 56. in Gen. spiritualia prelia hoc factum adumbrat; in quibus ille formidini est hostibus, qui fugit, qui pavet, qui pericula cautus vitat. Si fugis, demonem fugasti. Pinna in Ecl. Ethol. 108.

Percutiens virga bis scilicet. Num. 20. 11. Moyses ultimò usus est mirabili virga sua apud Cades; ita ut amplius eam in ministerium accepisse non legatur in Scriptura; ut advertit S. Cyrillus: cur ita deinceps abstinuit; virga in Cades occasio fuit, ut Moyses delinquentes offenderet Deum. Vide deinceps ut prudens cavet à virga; ne iterum ex caalis peccandi occasio deveniret. Sylveira in Joan. 21. c. 8. q. 9.

Libavit eam Domino. 1. Reg. 23. 16. Eucherius: qui quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit; postea etiam, quia aquam concupisisset. expavit. Sic Sancti ex pristinis periculis sunt cauti; ut quidquid illius speciem refert, fugiant, & metuant. Bæza t. 1. l. 2. c. 10. §. 12.

Pepigi sordus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Job 31. 1. Glossa hic: visum sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, consensus opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio.

Si vidi solem, cum fulgeret, & lunam incedentem clarè. Job 31. 26. Hoc faciebat sanctus vir: quia sciebat, pulchritudinem astrorum plurimis vicinis suis fuisse occasionem idololatrandi; dum ipsa ut deos adorabant. Diez occasio mala fugienda.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua. Pl. 118. 101. Lorinus: ab omni via mala, id est, proclivi, & præcipiti. Efcob. t. 3. Coll. Chr. p. 2. l. 4. Obl. 7.

Vide, si via iniquitatis in me est. Pl. 138. 24. q. d. precor, ut attendas, non solum an in me sit iniquitas, quam misericorditer deales; sed etiam ulla via, id est, dispositio, ut occasio, à me procedens; avertatur. Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

Ex Novo, & aliis.

Ubi est, qui natus est rex Judæorum? Matth. 2. 2. Quoniam per stellas deducti in errorem ante fuerant; eam nunc, qua ducebantur, suspectam habent: utque certiores fiant; quaerunt, ubi est Christus. Did. Nyss. l. 4. D. 1. Quadr. §. 2.

Vade in pace. Luc. 7. 50. Magdalena poenitens non solum fugit carnis illecebras; sed & alabastrum unguenti frangit, ac Domino litat. Nec enim sufficit ab impudica vita abstrahi,

S. VI.

In occasione pronum est labi, prodigium non labi.

Venerunt duo Angeli. Gen. 19. 1. &c. Origenes hom. 9. in Gen. Loth in Sodomis habitabat; à quo ejus bene gesta non legitur. Sed nonne legitur ejus hospitalitatem Gen. 19. 2. dicere vult Origenes: quod Loth in medio peccatorum illelus permaneret à mala occasione innoxius, tam verum prodigium fuit; ut alia ejus facinora, licet præclara, omnia hoc unum obscurer. Did. Nyss. Vit. Abr. l. 7. c. 5.

Vadam, & videbo visionem hanc manam. 3. 3. Visiones vidit Isaias, Ezechiel, Daniel, Abraham, Jacob. At invenies, nulli eorum concessum nomen magna; tanquæ valde recondita; & admirabiles fuerint. Cur ergo sola Moysis visio dici meruit magna? Videbat, quod rubus ardebat, & non comburebat. spr. Did. Nyss. l. 1. Phan. Gr. c. 13.

Faciam mirabilem in die illa terram Gessem, in qua est propinquitas. inquit Glossa interl. Terra enim Gessem vicina erat; & finitima illi, in qua barbarus rex degebat! Quod verò tota Ægyptus infecta fuit mulcis; & tan contagiosa pelliculis nihil redundavit in terram Gessem proximè viciniam; hoc tacerat, ut merito diceret Dominus: faciam mirabilem. Id. ib.

Ter naufragium feci; nolle, & die in profundo maris fui. Cor. 11. 25. Querit S. Remigius, quid factum, quod toties naufragavit Paulus? Respond. qui sepius in nauigio utebatur, non est mirum, si toties naufragium passus sit. Carolus V. fesse Joan. Kochier l. 1. cap. 1. de mari dicebat à malam hospitium l. à malam hospitium mare! Idem ergo occasioibus malis affirmo, Quid mirum, quod multæ animæ naufragentur? cum toties malo hospitio se committant. Did. Nyss. l. 1. D. 4. Quadr. §. 3.

Occasio peccati vix non ipsum peccatum. Aëro pomum vetat medicus; ille tamen pomum manu tractare, & olfaccere non desistit; ad os adhibet, & comedit: quod fatis Eryz fuit; ut se perderet, & Mundum. Da hydopoc. ut saltem labia aqua refrigeret; certe, licet juratus spondeat, se non haustum vel guttam, tandem bibet. Alvarez in Gen. 39. Illustr. 93.

S. VII.

Occasionem vitandi varia motiva.

Vidit mulierem se lavantem. 2. Reg. 11. 2. S. Chryso. in Plalm. 50. Audiant curiosi, qui alienas formas contemplantur: audiant, qui infans spectaculorum studio tenentur; qui dicunt, spectemus quidem, sed fine detrimendo. Quid audio? David læsus est, & tu non laderis? vide læsus est, & ego tuz virtuti considere queo? is, qui tantam spiritus S. gratiam habebat, speculum excepit; & tu faciatis negas? Nec tantum respicis, sed etiam audis improba verba, & metreticias, atque obscenas, cautiones, omnique ex parte fertur mens tua; per aspectum nempe, per ea, quæ vide, per aures; per ea, quæ audis. Num tu læxeres? homo es, communis nature; imbecillitatis obnoxius. Aude negare, quod sœnum uratur. Pinna Ethol. 108.

Agnoscamus præcipitia, nec appropinquemus. Hæc maxime securitatis vobis erit occasio; non tantum peccata fugere, verum & quæ videntur media quidem esse; ad peccata vero nos supplantant: quale est, videre, & jocosa dicere verba; non manifestum quidem peccatum esse videtur, sed in manifestum crimen inducit. Nempe scriptus ex risu turpi nascuntur verba; à turpibus verbis actiones turpiores. S. Chryso. hom. 25. ad pop. Antioch.

Perfectè renuntiat vitio, qui occasione vitandi perpetrando peccato. S. Hieron. l. 2. sent. c. 32.

Fuge personam suspectam, locum idoneum tempus aptum, & quidquid est opportunum ad faciendum peccatum: quia sicut est difficile, in igne esse, & non ardere; ita difficile, habere opportunitatem peccandi, & non peccare. Innocentius P. in Pl. 37. 6.

Non habet locum tentatio animam attingendi, nisi tanquam escam quandam, hanc mundanam occupationem pravo hamo avidionibus portigeret. Szvum, & insensum extempere, atque procellis, sapenumero mare est; at non procul ab eo remotis. Vim absumpticem habet ignis, sed subjeçta materie. Dirum, & atrox, bellum est, sed solis is, qui prælii participes sunt. S. Gregor. Nyss. de orat. Dom. or. 5.

Verè compunctionis indicium opportunitas fuga subtrahit occasio. S. Bernardus l. 1. in die Pasche, circa hœc.

In silice ignis latet, & tamen sine chalybis igne non comburit digitos, nec extra egreditur: imò etiam percussatur, & scintillas emittit; sine fomite, aut alia esca, non incenditur rogus, quod domus comburatur, Fætor, in quodlibet corpore humano, tanquam in silice, ignem concupiscentie latet; tamen sine tentatione non exurit scintilla; nec do-

strahi, si cultus superfuit, & delictis, rursus allicitur ad scandalum. Efcobat. t. 3. Coll. Chr. p. 2. l. 4. obl. 7.

Egressus foras Petrus. Luc. 22. 62. Fugit cadendi periculum. S. Leo l. 9. de Pass. apud Efcob. t. 3. Coll. Chr. l. 4. fcl. 2. obl. 2.

Petrus autem fugiens currit ad monumentum. Luc. 24. 12. Petrus formæ non credens memoralans, in quem à muliere impulsus erat. Did. Nyss. l. 4. D. 1. Quadr. §. 2.

S. V.

In occasione lapsi.

Ubi respondit mulier. Gen. 3. 2. Oportebat initio colloquium illius non ferre; sed illi soli loqui, propter quem, & in ejus adiutorium producta fuit. Audiant, qui sine discrimine cum omnibus loquuntur. Oportebat, siquidem prudens fuisset, illum omnino avertari, nihilque ultra illi loqui, neque audire loquentem. S. Chryso. t. 1. hom. 16. in Gen. hic. Libera nobis reliquitor facultas ascendendi, quod non serpens, præsertim à diabolo corporaliter invadente possessus in paradiso fuerit. Sed mulier corpore, & oculis vaga, dum inconscienter deambulavit; forte prospectans, qualis extra paradysum Mundus haberetur; & serpens, utpote altius, dulcedini terre proprius, vel ambitiosius ininitur, locus diabolo datus est; & occasio portrecta, ut tentaret. Rupertus lib. 3. c. 2. in Gen.

Vidit inter spolia palium coccineum, & concupiscens abstrahit. Jos. 7. 21. Abul. hic q. 69. Archan, quando vit ad urbem Jericho vastandam, & diripiendam; non delibetaverat furari aliquid deanathemate; sed postea casu vidit hæc, & videns concupivit, atque rapuit. Quam multi domo sua exeunt, non loqui abique omni offendiendi De cogitant; verum etiam cum firmo proposito consentiendi, communicandi; aut aliud quidquam, quod Deo placeat, faciendi: offenduntque per viam laqueum, & incident in occasionem, & miserè labuntur. Did. Nyss. Phœn. Græc. l. 1. c. 13.

Surge, & comede. 3. Reg. 19. 5. Dormientem Eliam suscitavit Angelus: Quid verò Elias? de somno expergefactus, comedit, & bibit, & rursum obdormivit. v. 6. Cur labitur in soporem? nisi quia è loco non expeditur. Amabat suam juniperum, ab illius umbra discedere nolebat. Quid Angelus? iternum suscitavit dormientem. Sed Elias evigilans, & exiliens è loco, nunquam amplius dicitur eundem somnum repetisse: immò potius ambulavit in fortitudine cibi illius usque ad mentem Dei Herod. v. 8. Ita se habuit filia Archi-Synagogi, quam Christus resuscitavit. Marci 5. 42. Surrexit puella, & ambulabat. Cur non potius in eodem lecto, quo mortua fuerat, quiesceret? quia anima non solum debet peccata deserere; sed etiam peccandi occasiones. Mendoza in 1. Reg. 13. sect. 2.

Excelsus quæque palliat rex. 4. Reg. 23. 13. Ex his arguit Abul. 2. Reg. 7. q. 13. Si Salomon verè poenitisset de peccatis suis, delevisset omnia templa, & altaria, quæ fecerat in terra; Jerusalem; tamen ipse non destruxit illa; sed manserunt utque ad regem Josiam: ergo non poenituit. Marcom sic probat: nam non poenitit aliquem verè, cum permorem in peccato: nec aliquis verè poenitit de fornicatione, dum tenet concubinam in domo: sic etiam nullus de idololatria dolo, dum non destruxit altaria, quæ edificavit idolis. Nam quem ferid sui sceleris tædet, si omnem relabendi in illad occasionem succidit. S. Chryso. l. 116. vocat malas occasiones, fumantes occasiones. Post extinctum in domo, quo consistegrabat, ignem, si trabes etiamque fumant, non satis credis omnem prorsus extinctum ignem. Sic quorum anime igne culpe arserunt, extinctum illud incendium igne poenitentia, relicta domi occasione. Fuitne hic bene extinctus ignis? non fanè: nonne vides densum ab occasione assurgere fumum? illa sopitos iterum suscitabit ignes. Did. Nyss. l. 2. D. 4. Quad. §. 3.

Funes circumplexi sunt me. Pl. 118. 61. Revera funes, per quos attracti, & complexi sunt peccatores, plerumque sunt peccandi occasiones; quæ dicuntur peccati dispositiones. S. Bonavent. hic.

Erat in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Verbum hoc addit Evangelista; ut adderet causam; ob quam hæc mulier in tantam miseriam deveniret: quod in civitate habitaret; ubi multæ peccatorum occasiones se offerunt. Ideo Jer. 51. 6. fugite de medio Babylonis, & salvos unusquisque animam suam. Diez conc. 1. in festo S. Magd.

Erant autem Parasævi. Joan. 19. 14. Occasio fecit occisores. Matth. 26. 15. quid vultis mihi dare Christus. Euthym. quamquam ita stauerunt, non tamen expectaverunt; sed invento proditor occasiorem rapuerunt. Did. Nyss. Vit. Abr. lib. 7. cap. 5.



mus, idest, anima comburitur; immo nihil proficit, si desit occasio nisi. Diez Occasio mala.

S. VIII.

Occasionem temere adiens labitur,

Ex Scriptura.

Inspiciatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Pl. 9. 9. Expectat te, non querit: disceper accedentem, devoravit inventum. Quasi leo est scelus, sed in spelunca sua; extra est lepus. Oliva t. 2. Strom. s. tunc reliquit eum diabolus. Matth. 4. 11.

Qui sedit fovens, incidit in eam, & qui dissipat solum, morietur in coluber. Eccl. 10. 8. Hæc poena iusto Dei iudicio irrogatur in audaces; qui sponte in pericula incidunt, Proh temerarium hominem! quid ligonem fumis? quid terram effodis? quid voragine aperis? Ergo si præcepit ruas in barathrum, tibi impietur. Quid tibi cum sepe? quid valum subruis? quid parietes demoliris? an necis, fieri posses, ut intras lateat serpens? Fernandus in Gen. 2. 9. Sect. 4.

Cor durum habebis malè in devotissimo; & qui amat periculum, in illo peribit. Eccl. 3. 27. Ne quis ad cordis duritiam in peccatis perveniat, dat consilium; ut peccatorum occasiones, & pericula, fugiantur. Otravian. Tuffo hic.

Qui miseretur incantatori à serpente percussu? Eccl. 12. 13. Qui casu incidit in aliquid malum, dignus est compassione: at qui sepius monitus, tamen respicere noluist, indignus illa. Magnus Salisburgensis, teste Deltio t. 2. disquis. mag. qu. 73. cum vi incantationis multos serpentes in unam fovam coegisset; tandem abingenti uno, anno proficiente necatus est. Hinc, inquit Ecclesiasticus, nemo miseretur, quia cum serpente agit: amansi periculum, quid mirum, si in eo peristi. Id. hic.

Orate, ne intretis tentationem. Luc. 22. 40. Tentatio flammæ comparatur. Eccl. 31. 6. In pressura flammæ, quæ circumdedit me. Ut doceat, non nocere tentationem, nisi iis, qui se coniecerunt in eam. Urit fornax, si te in eam projecit: si in eam incipiaris, folium habebis; & voris & luminis. Id tibi testantur pueri tres roscidi in fornace. Insecti fuerunt; non se immiserunt. Dan. 3. 21. l. 13. Strom. hic.

Leo rugiens circum, quærens, quem devoret. 1. Pet. 5. 8. Dices: deonem leo est, quis non pavebit? sed heus tu: leo iste non legitur irruere in caulas; deinde oves lacerare; sed circum quærens. Ergo si ovis se intra septum teneat; tuta erit. Ne foras exeat, ne jugulum offerat, ne leonem in se invitet. Rugit leo; circum, quærit; hoc tantum potest: non vi comprehendit; sed forte invenit; imò accipit se ultro offerentem. Fernandus in Gen. 3. Sect. 12.

Exempla.

Vidit igitur mulier, & tulit. Gen. 3. 6. Eva coram angue fœdit infracta; pomu abstulit, quamdiu alloquit tantum Sathanz fructus colorabat; obrulerat enim se serpens mulier; non illa ad serpentem accesserat. Tum cecidit, cum in arborem coniectis oculis manus extendit. Oliva Dom. 1. Quadr.

Capitur Sampson; sed in sinu dormit insidiantis. Jud. 16. 19. Oliva l. 12. Strom. s. Quoniam tu Percussisti. Pl. 3. 8.

Viditque mulierem. Gen. 2. Reg. 11. 2. Egrossus est vir spuris de castris. Gen. 1. Reg. 17. 4. Felix lucta, in qua hostem non quarimus, sed obvium habemus. Vel gigantem incermis; & pene puer David dejecit; non tam suo robore, sed hostis temeritate. Exhibat enim monstrum è castris, & Israel provocabat; & ideo sola funda prostratus, qui refugientibus prælium occurrebat. At qui gigantem vicit incermis, à femina victus est post victorias, nimirum ibi discrimen illi advenerat; hic ipse ad discrimen accessit. Et ne putes, hic casum, ibi triumphum, partum esse, quod durius sit luctari cum femina, quam gigante: recordare Davidis regressum à pugna. Obvius habuit choros puellarum blandientium sibi, suumque illi triumphum laudantium. Et tamen adolecens victor, triumphator, ex feminis ornatisimis, seque unum miscens, & amantibus, nullam redamavit, nullam concupivit. At ætate grandævus, curis dissentis, virtute robustior; solitarius ambulans in solatio; vix mulierem unam vidit, & corruit. Itane qui virginum phalanges salientes inter tympana, & plausus, nè, respexit quidem; uxorem nullis videt, nè quidem se videntem & mæcat. Nimirum ibi femina occurrit, hic ipse occurrit femina: Ibi discrimen incurrit & elisit; hic accessit, & perit. Non despera de triumpho, si te impudicitia convenit; noli triumpho considerare, si tu impudicitiam accessas. Oliva l. 2. Strom. s. Tunc reliquit eum diabolus.

Petrus autem sequebatur eum usque in ærium principis Sacerdotum. Matth. 26. 58. Incidit in mulierem &c. fragilitas casus erat. Judas non incidit in occasionem, sed ipse ad principis ivit, scelus suum sanxi pactum. Ambros. de negat. Petri: flevit.

quare flevit? quia culpa irreperit ei: doluit, & flevit, quia eravit ut homo. Nazera in Jos. 16. §. 12.

Qui etiam despoliaverunt eum. Luc. 10. 30. Illud etiam vox est, copulativa, quæ præcessisse designat fœditatem, cum tamen barbaries suum initium fecerit à denudatione. Nisi forte ærumna gravissima æstimatur, immo calamitatum omnium origo, incurrisse in fœditas. Vix enim effugies, si in peccandi occasionem incidis. Oliva l. 13. Strom. Luc. 10. 30.

S. IX.

In occasione Deus servat incolumes, qui non temere se ingerunt.

Relitto in manu ejus pallio, fugit, & egrossus est foras. Gen. 39. 12. Juvenis pulcher, captivus, servus Joseph evasit domine suæ blanditias, & minas. Quantum discrimen! juvenem esse; & à femina tentari: servum esse; & rogari à domina; voluptatem offerri; & mortem eligi: pallium dimittere; & compedes incurere! Secura fuit de victoria castitas; quæ libidinis congressum non quæserat, ac offenderat. Oliva t. 2. Strom. s. Matth. 4. tunc reliquit eum diabolus &c.

Catulus leonis securus ei. Judic. 14. 5. Sampsoni occurrentes leo non vitam abstulit, sed triumphum, & delicias pepetit. Et tu eris Sampsoni occurrentes, sed illud tibi. Id. ib.

Præoccupaverunt me laquei mortis. Pl. 17. 6. Quid inde? in tribulatione mea invocavi Dominum. v. 7. Si laquei præoccupant, nihil timendum. Omnia timenda, & vè nobis, si eos præoccupemus. Oliva l. 12. Strom. s. quoniam tu percussisti omnes &c.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me. Pl. 31. 7. Si te hostis circumvenit, habes, à quo juvere: diripere; si hostem provocet, aut irrites. Id. Dom. 1. Quadr.

Deus refugium nostrum, & virtus. Pl. 45. 2. S. Basilius hic: & refugium, & virtutem, rectè dixit; ut ostenderet, quod aliquando fugiendo, aliquando stando, & pugnano, vincimus. Refugium est Deus fugientibus periculum; virtus in occasione forata, non quærita, pugnantibus. Pinna Ethol. 108. Ubi cernitur mirabilis ordo: Deus nimirum suis Fidelibus primò refugium est, deinde virtus. Primò fugientes, ac timentes, recipit; & fovet; deinde pugnantibus tuetur, & adjuvat. Præterea, quod hic advertit S. Chrysof. fugientes, & resistentes, stantque, vincimus; & duoque nobis experitur: scilicet & declinare, & contendere. Ità ille. Perpende quoque ultima verba Davidis: Deus enim certum, & abundans nobis suum pollicetur auxilium; non quidem in quocumque tribulationum genere constitutus; sed in illis, quæ nos invitantur: non autem in iis, quas nos ipsi ultro quærimus; & invenimus; & in quas scientes, & volentes, animus: ubi tamen sufficiens nunquam desit. Fernandus in Gen. 2. 9.

Non illi exulti sunt, qui in fornacem conieci; illi perire; qui ultro eam accessere. Dan. 3. 48. 49. Oliva t. 2. Strom. s. tunc reliquit eum &c.

Tunc reliquit eum diabolus. Matth. 4. 11. Vicit Christus; sed in eremo: ut dicas timendus non esse adversarii conatus, & dolos; si ad nos ille accesserit: mecuendos vero; si ad eum nos frolidè accedamus. Et accedens venator &c. quia accessit, etiam recessit. Oliva t. 2. Strom. s. eodem. hic.

Scriptum est enim: quia Angelis suis. Matth. 4. 6. S. Bernardus l. 14. in Pl. 90. quid malignè Angelis mandavit Deus? nempe quod in Psalmo sequitur: ut custodiant in omnibus viis tuis; numquid in præceptis? Qualis via hæc, de pinnaculo templi mittere se deorsum? non est via hæc, sed ruina, & si via; tua est, non illius. Sic Deus, & Angeli custodiunt nos in viis, & occasionibus, quas evitare non possumus; aut boni causa opus habemus adire non item, in quibus periculis nos ultro verlamur. Barradius t. 1. l. 2. c. 1. hic D. 1. Quadr.

TITULUS V.

OCULI.

S. I.

Laudes.

Oculi tui columbarum. Cant. 1. 14. Quoties spontam laudat, dum ad particularia membra laudanda descendit, semper ab oculo laude incipit. De Ponte hic Exh. 11. Carcer est totum corpus tenebroso inhorrensitu, nisi oculo illumineatur aspectu. Quod ergo sol, & luna, in cælo; hoc sunt oculi in homine. S. Ambros. hexam. l. 6. c. 9. Quid mirum, si vultus hominis absque oculis deformis est. Triquando ipsum cœlum sine sole non haberet decorem. Trifles sine sole dies ducimus; noctes sine luna non placent: ipsi enim sunt quidam Mundi oculi. S. Ambros. l. de Noè & arca c. 7. Quod sol in Mundo, hoc oculus in corpore. S. Basil. Seleuce. pr. in duos Evang. cœcos.

Quod

Quod mens in animo est, id oculus in corpore. Philo lib. de Mundi opif.

Quæcumque in nobis sunt, divinæ sunt sapientie indicium: multo magis oculus, qui totum corpus gubernat, ac regit oculus ornatus non tantum, sed totum corpus. Oculus lucerna est omnium membrorum: in quo enim sol Mundo, hoc, oculus corpori. S. Chryl. hom. 55. in Joann.

S. II.

Oculus periculosum membrum.

Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum. Gen. 3. 6. Validior ad proluendam legem spe potiunda divinitatis, alioquoque serpentis, coniectus oculo fuit: quo donec mulier abstulit, jejunavit; quo ubi abusa est, capta est. Oliva l. 1. Strom. s. qui viderit mulierem &c. Summe cavendum est, quid homo in corde revolvat: quia omne malum intrat per sensus, & cogitatus: unde ille est janitor bestias Inferni, quæ animas vault. S. Tho. Aqu. in Gen. c. 3. Ego certe, qui jam senex fum, anus faciem rugis extratam, ac lippientem, oculo rum fluminibus madidam, securus intueor, libenter attendo: à virginibus autem, & fucatis, sit oculos, tanquam pueros ab igne, custodio. B. Petr. Dam. de se l. 7. ep. 18. Sanctus Cardinalis, licet flagellis assiduis carnem domuerit, & jejuniis? adhauc tamen somnosa intueri veretur; & sibi timet ab oculis. Alvarez in Gen. 39. Illustr. 93.

Azima comedetis septem diebus; & non apparebit apud te aliquis fermentatum. Ex. 13. 7. Cur prohibetur fermentati conspectus? Tanta est connexio inter oculo rum visum, & mandati transgressionem; ut idem fere reputetur. Sylveira in Matth. 6. c. 16.

Vidi inter spina pallium coccineum. Gen. 7. 21. Qua ratione, in tanto fragore eladis, & Arce triumpho, potuit latam legem iniquissime violare? num aliorum provocatus exemplo ad rapinam? nemo quid simile ausus? oculis irritata rapacitas nulli coerceri repugalis potuit. Oliva l. 1. Strom. s. qui viderit mulierem &c.

Ipsi nobis nostri oculi reia sunt: & ideo scriptum est; ne que capiaris oculis tuis. S. Ambros. lib. 1. de pœnit. cap. 4.

Resisto seductionibus oculo rum, nè implicentur pedes mei. S. August. l. 10. Conf. c. 14.

Oculus esse naturalis quosdam animi cuniculos, ait Salvian. l. 3. de Provid.

Velanur oculi ejus contra peccatum, quod in visu commisit Eva. S. Bernardus t. 2. l. 56.

B. Jordanus II. Gener. Ord. Prædic. cum ex gravi infirmitate visum unius oculi perdidisset; convocatis fratribus in Capitulum dixit. Fratres, agite Deo gratias: quia ego jam unum perdidit inimicum. Boll. 13. Febr.

S. III.

Oculi illices sunt Veneris.

Ex Veteri.

Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchras. Gen. 6. 2. Norat Noè immisissum per oculos virus nullis jam pharmacia medicari posse: & fore, ut tam diu liberet fornicari, quam diu liceret & vivere. Oliva l. 1. Strom. Quod si oculus tuus.

Quam cum vidisset Sichem adhaucit eam, & rapuit. Gen. 34. 2.

Injicit damina sua oculos in Joseph. Gen. 38. 7. Legati concupiscentie oculi sunt, & in amore duces, imò non solum profanus amor, sed etiam sacer, oculo rum fructus, & partus est. Alvarez in Gen. 39. Illustr. 93.

Descendit ergo Sampson in Thaminana, videntesque ibi mulierem dixit ad patrem suum: hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Judic. 14. 1. 3. Parentes nuptias improbant: hic virginem ideo solum deperit, quod oculos pellexit. Accipite mihi eam uxorem. Cur? an dives? an summo loco nata? an pudica? oculis mihi placuit. Ergo Nazarem id movet, quod parum alliceret? potest optari alienigena, & hostis; si oculis blandiatur. Ut oculos libido occupaverit, cur non potest non dedit. Non urit parentes, non minatus est; solum dixit, placuit oculis meis. Conclamata res est: oculis laboranti nulla parari medicina potuit. Extrudes Venerem, si per aures irreperit; pellis, si venit per munera: si vidisti, peristi. Arcem sibi struxit in oculis libido, unde dejeici nullis machinis valeat. Oliva lib. 5. Strom. s. descendit ergo Sampson &c.

Vidit (David) mulierem se lavantem. 2. Reg. 11. 2.

Sicut regulus venena diffundit. Prov. 23. 32. Meminit basilicæ, reguli, qui visum venenum diffundit. Ut intelligas, à visu damna carnis diffundi; & ideo ait: nè innumeris vinum; id est, nè impudice oculos concitias in voluptuosa carnis. De Ponte in Cant. 1. Exh. 13. §. 3.

Quod sol in Mundo, hoc oculus in corpore. S. Basil. Seleuce. pr. in duos Evang. cœcos.

Quod mens in animo est, id oculus in corpore. Philo lib. de Mundi opif.

Quæcumque in nobis sunt, divinæ sunt sapientie indicium: multo magis oculus, qui totum corpus gubernat, ac regit oculus ornatus non tantum, sed totum corpus. Oculus lucerna est omnium membrorum: in quo enim sol Mundo, hoc, oculus corpori. S. Chryl. hom. 55. in Joann.

Quod mens in animo est, id oculus in corpore. Philo lib. de Mundi opif.

Docere filias vestras lamentum - quia ascendit mors per fenestras nostras. Jerem. 9. 20. 21. Per sensus in cor tuum libido prorupit; noli comparare malagma, sed rogum extruce. Nulla jam superest abducendi fies vulneris, sed effodiendum sepulchrum. Oliva l. 1. Strom. Quod si oculus tuus &c.

Species desuper te. Dan. 13. 56. Non alioquo astuaverit senes, sed aspectu. Et tamen Judices erant, leges volebant, stipabantur licitoribus, & pœnas peccantibus infligebant. Sed tantum terroris apparatus oculi derisere, Vide ergo, nè videas: nam, si videris, nec muneris amplitudo, nec matronæ pudor, nec flagitii dedecus, nec caries atatis, nec securis impendens, absterere te poterunt à flagitio. Utinam Sampson paulò maturius calligasset; nec pudore carnis, nec libertate. Sed concitate sanctorum, fortiorque, quando liliam reparare non poterat, rosas saltem suo inferit sepulchro hostium sanguine purpuratas. Oliva l. 1. Strom. s. qui viderit mulierem &c.

Ex Novo, & Patribus.

Qui videris mulierem - jam machinatus est eam in corde suo. Matth. 5. 28. Hinc intelligere planè possumus, quam castos nos esse Salvator jufferit; qui etiam licentiam visus abscidit. - quam pura est pupilla oculi, tam pura est Christiani hominis vita. Salvianus lib. 3. de gubernat. Dei. apud Sylveiram in Matth. 6.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Matth. 5. 29. Nihil poterat edici à Dominis, quam castos nos esse Salvator jufferit; qui etiam licentiam visus abscidit. - quam pura est pupilla oculi, tam pura est Christiani hominis vita. Salvianus lib. 3. de gubernat. Dei. apud Sylveiram in Matth. 6.

Impudicus oculus impudici cordis est nuntius. S. August. ep. 109. Aperuit (David) in vano oculos, & suscepit idum sagittæ. Audiant curiosi, qui pulchritudines alienas considerant. Sancti Chryl. in Pl. 50. apud Cornelium in 2. Reg. 11. 2.

TITULUS IV.

OFFICIUM.

S. I.

Alleno te non immisce in genere.

Fæc tibi arcam. Gettel. 6. 14. Operis sui mercede accepta non curaverunt, utrum eam Noè sapienter, an verò inaniter fabricaret. S. August. 9. 5. in Gen. de fabricatoribus arce.

Terra in æternum stat. Eccl. 1. 4. Unde ei tanta firmitas? Quærit Chrysof. qui fiat, quod terra, peccatoribus nihil tale meritis, non secus ac probis, alimenta ministret? Respondet in Matth. quia terra ministrare iusta est, non judicare. Terræ imperatum est. Gen. 1. 11. germinet terra herbas virescentes, & faciant semina, & lignum pomiferum. Itaque dum hoc agit, quod iusta est, & officio suo fungitur, omnibus ministrat: firma manet, & in æternum stat. Idem die de stabilitate cursu, & luce solis; quæ alieubi apud Cornelium vocatur ex Hebr. minister, qui oritur super bonos, & malos; minister est, quod agit; iudex non vult esse. Did. Nyff. D. 7. Pent. §. 2.

Audivi vocem viri inter Ulai, & clamavit, & ait: Gabriel fac intelligere istam visionem. Dan. 8. 16. Vir ille, qui clamavit ad Gabriel, erat Michael. Ità S. Th. Lyran. Bened. Pereira. Sed cur Michael cum esset princeps Synagoge, non explicat Danieli illam visionem? cur clamat ad Gabrielem, ut hoc præstet? Gabriel constitutus erat, ut Daniele immediate instrueret, eique mysteria explicaret. Et ità ipse Gabriel dixit, observat Theodoretus: dixit Daniel. 10. 14. Vni autem, ut decerneret te, quæ ventura sunt. At esse in adiutorium, ad Michaelem spectabat: & ecce Michael unus de principibus primis, venit in adiutorium meum. ib. 13.

Duc in altum. Luc. 5. 4. Cur hoc soli Petro dicitur? & non tantum illi, sed etiam sociis, mandatur, laxare retia vestra. ib. 8. ministrorum quisque stes in ordine suo. Petrus erit navis gubernator; ad ipsum spectabat eam ducere, & dirigere: ideo ei dicitur, duc in altum. Alii vero erant socii, & coadjutores, & ideo eis mandatur, ut suum in laxandis retibus obsequium præstent. Sylveira in Luc. 5. q. 11.



Nesciens quid diceret. Luc. 9. 33. Ex piscatore factus tabernaculorum fabricator, dum Servatorem his compellat verbis: faciemus tria tabernacula, S. Proclus de transg. Petrus in piscatoris officio se exercuerat; nunc edificatorum arti seingerit, Sylveira in Matth. 17. c. 8.

Pater sanctus; serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Joan. 17. 11. Toletus annot. 9. in c. 17. Joan. aliud in hac similitudine etiam insinuat videtur: ut quemadmodum unitas Trinitatis non confundit ordinem; sed unus est Pater, alius Filius, alius Spiritus S. Filius à Patre, Spiritus S. ab utroque, Pater à neutro, procedit: ita hæc unitio charitatis non confundit ordinem Ecclesie. Non enim omnes Pastores, omnes Prælati; sed unus est Pastor, alius ovis; unus propheta, alius auditor: sunt enim gradus. Apud Did. Nyss. D. 7. Pent. §. 2.

Et cum discessisset Angelus. Act. 10. 7. Cur Angelus non explicat Cornelio, quid ei faciendum? Re. licet Angeli summè delectentur, dum cum hominibus agunt de eorum salute; manent tamen intrâ spheram muneris sibi commisi. Destinatus fuit hic Angelus, non ut Cornelium doceret; sed moneret, Petrum vocare. Sylveira hic.

Si quis vobis evangelizaverit, præter id, quod accepistis, anathema sit. Galat. 1. 8. sed quomodo Paulus audet Angelos anathematizari; scilicet Angeli ordinati sunt à Deo in ministerium: & dum suum locum relinquunt, & cathedras ascendunt, in maledictionem incurrere possunt. S. Proclus de recta fide: ministrare præceptum est Angelis, non dogma componere; & periculum nimis est singulis, non in his, quibus ordinati sunt, permanere. Sylveira in Matth. 4. q. 24.

§. II.

Sæculares non immisceant se rebus Ecclesiasticis, & vicissim.

Et sicque Deus duo luminaria magna. Gen. 1. 16. Ailredus: luminare majus Sacerdotium, ut præsit diei, id est spiritualibus: luminare minus Regnum, ut præsit nocti, id est, sæcularibus. Contra naturam proinde est, si sol nocti, si luna præsit diei; si princeps ad spiritualia se ingerat; si Sacerdos Sæcularium negotiorum tenebris conscientie sue ferentium obnubilat. Apud del Castillo Illat. 230.

Et voluerunt Philistim Sacerdotes. 1. Reg. 6. 2. Nota: has circa arcam quæstiones fuisse Sacras, & ad religionem pertinentes, adeoque non nisi ad sacrum tribunal deferendas: ideoque Philistim, cum eas superiori capite ad Sarrapas Sæculares Judices derulerint, graviter errarunt; & à Deo permissum, ut in peccatum ab his consilium acceperint. Nunc prouidentur in consilium suum agunt. Mendoza in 1. Reg. 6. 2.

Vide nemini dixeris. Matth. 8. 4. Euseb. hom. in D. 3. Epiph. præcipit ei, ut nemini dicat: prædicare namque, & Dei miracula populis narrare, Sacerdotum est. Leprosus verò, est mundus sit, Sacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc officium eliguntur, ut Apostolus ait, qui sine crimine sunt. Apud Sylveira hic q. 10.

Non est tui officii Ozia. 2. Paral. 26. 18. Ait Azaria Sacerdos volent facrificare.

Quando miserunt Judæi Sacerdotes. Joan. 1. 19. Cur potius hanc legationem mittunt Judæi, quam Pilatus, & Herodes? 2. Hi Judæi, ut vult Baronius, erant ex magno Concilio Saredrin, ubi negotia tractabantur. Cum autem adventus Messie maxime ad fidem, & religionem spectaret; ideo Pontifices, ac Senes, ex magno Consilio decernunt; ut hac interrogatio fiat ad Joannem. Pilatus, & Herodes, rebus tantum secularibus intenti. Docemur, ut quisque in suo steterit ordine: Ecclesiastici de divinis rebus sint solliciti; & in his Principes Sæculares se non immisceant. Sylveira in Joan. 1. q. 11.

Mitte gladium tuum in vaginam. Joan. 18. 11. ut vidit Christus, quod Petrus Sacerdos militem indueret, regemque Pontifex agere inciperet; recondere gladium iussit: quia in illius domo quisque suo fingi officio; & Pontifex, quæ sunt Pontificis; rex, quæ regis, quæ militis; miles, quæ Sacerdotis sunt; Sacerdos agere debet. Anselmus in Matth. 26. datur materialis gladius carnalibus, spiritualis autem ministris spiritualibus. Sed sicut non convenit regibus, quod ad solam pertinet; sic nec Episcopis, quæ regis sunt, exercere debet: quod quia Petrus quodammodo exercuit, à Domino increpari meruit. Did. Nyss. D. 20. Pent.

Chabanus Comes Ludovici XI. Francorum regis copias præfectus, cum haud procul Parisiis abesset; missus lustrandi exercitii gratia, à rege est Joannes Ballus Episcopus Eboracensis. Chabanus haud multo post à rege postulat, ut sibi Eboras transire facultatem concedat. Quid verò, inquit rex, tibi negotii ibidem? Sacerdotes lustrabo, ait, ut emendanda corrigant: nam si Castra Sacerdotibus, militibus Ecclesie committenda erunt. Melenius l. 3. arguit. vena 1.

§. III.

Officio tuo graviter intende.

Ex Veteri.

Apparuit ei Dominus in cœvalle. Gen. 18. 1. Cur Abraham, qui tam sæpe orabat in montibus, & campis, non apparere Angeli? sed sedenti ad ostium tabernaculi? Zacharia visus est Angelus. Luc. 1. 11. in templo. Significat, nihil in patrefamilias æquè mirandum, quam si domui suæ præsit; ut in Sacerdote plus nihil probatur, quam si adit domui Domini; suæ domus non immemor. Sacerdos, si procul sit à domo sua, ab Angelo recreatur; ab Angelis verò invistur Patriarcha, si sit in ostio domus suæ. Oliva l. 10. Strom. §. apparuit ei &c.

Dimite me, jam enim ascendit aurora. Gen. 32. 16. Hanc lucam Jacob exponit Ofeas de ejus oratione. c. 12. 4. servus, & rogavit eum. Sed cur præcipit Angelus, ut ab oratione cesset? & ei finem imponat? Jacob amplam habebat familiam: Ut Deum teneat, fat est, noctis silentio orare; at verò de die rei familiaris incumbendum. Interitio hic dimittite me. q. d. tempus est, ut ab invisibilibus ad temporalia tractanda descendat. Sylveira in Luc. 2. c. 10.

Cumque minasset gregem ad interiora deserti. apparuitque ei Dominus. Ex. 3. 1. 2. Cumque Gedeon excuteret, atque purgaret frumenta, in torculari apparuit ei Angelus. Judic. 6. 11. 12. 3. Reg. 19. 19. Elias reperit Elisæum arantem, & tunc eum vocavit ad prophetandum. Ità & tres fratres Matth. 4. 18. Christus ad Apostolorum vocavit, cum propriis officiis occuparentur. O quantum in Deo servitio proficereamus; si in eo nos tantum occuparemus, quod muneris nostro convenit; & ad nos non pertinentia negligereamus. Diez. Conc. 3. in festo S. Andree.

Locus est Maria, & Aaron, contra Moysen. Num. 12. 1. Illa puniata lepra, illo indemi. Sed Cur? Levit. 13. 46. omni tempore, quo leprosus est, solus habitabit extra castra. Aaron Sacerdos erat: ac ideo amarum cure temper invigilare, circuire, converteri, debet: quod si autem lepra puniuit fuisset; fuisset officio suo non potuisset. Proletti l. 11. de S. Marco Eyang.

Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ezech. 1. 12. hoc est, qui ad bravium, contendit supernæ vocationis; nihil, & nullum, respiciat, nisi solum bravium. Noli videre, quid alii agant; sed quid te oporteat agere. Petro ad crucem destinato, sed ad Joannem respicienti ait Dominus: quid ad te, tunc sequere. Joan. 21. 22. Ambula ante faciem tuam. Magdalenam nullum viderit in epulo lacrymantem; sed & nullam videbat cum Christo peccatricem. Oliva lib. 4. Strom. §. unumquodque eorum. In Ezechielis curru c. 1. 20. aliud animal simile leoni, aliud aquile, aliud bovi, & aliud hominis. Alius quidem sit, alius verò sit. 1. Cor. 7. 7. Non omnes ad currum aquile sunt: unus currum trahat volando, alius arando: bos factus ad laborem, aquila ad volatum. Leo, si rugit, currit; homo, si imperet, trahit. Marcha epulum parat Christo, & placet: Magdalenam plorat, ut placeat Christum. Id. l. 4. Strom. §. Domine, quid me vis facere? Act. 9. 6. Unumquodque. hoc est, quodque eorum sibi attendebat inter eundem, non vicino ut; officio suo, & trahendi obligationi, diligenter attenderet. Si enim homo cæteris longè superior se confectum bovi attendisset; quis dubitet? quin exasperatus fuisset, injuriam putasset. Et bos animal tardum, si conjunctum se pernici aquilæ cerneret; malè sentiret de providentia conjugantis. Aquila probo duceret, tardigrado bovi sociari. Did. Nyss. D. 13. Pent. §. 5.

Super custodiam meam stabo, & signa gradum supermunitionem. Habac. 2. 1. Noli transire de custodia ad custodiam; sed siste in loco tuo; & attende, quid tibi, non autem, quid alius dicatur. Non enim Deus omnibus eadem imperat. Itas nudus incedit, Aaron verò insulatus: David ascendere jubetur ad solium; Jeronias descendere in caveam: Judith triumphando; Job putrefcendo, lauream meruerit. Oliva l. 4. Strom. §. unumquodque ante faciam suam &c.

Ex Novo.

Erant enim piscatores. Matth. 4. 18. Nonne satis erat dixisse, eos piscari? plurimi sunt, qui piscantur; sed non sunt piscatores. Locus, ubi Christum expectare debet; & munus tuum, & officium. Diez. conc. 3. in festo S. Andree Ap.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. 13. Cur deus non dicit Christus: vos estis sicut sal? quia tam imbibita, & velut intrinseca, debet esse ratio muneris in ministro, ut explicetur, non tanquam adjacens; sed velut quid transformatum in ipsam naturam, & esse rei. Sylveira hic c. 11. q. 2.

Hora incensit. Luc. 1. 10. Cùm Zacharias ageret, quod sibi ex officio competebat; & populus clamaret orationibus in auribus Domini, apparuit ille Angelus Domini. Sim. Cass. l. 3. c. 1. hic. Quare apparet in templo? Hugo Card. apparuit Ang.

§. V.

De promotione ad officia.

Tu eris super domum meam. Gen. 41. 40. in Joseph non natalis, non genus fed sola sapientia, respicitur. Sylveira in Matth. 25. c. 52. talenta distributa.

Manum suam misit ad fossam, & dixit ei: apprehenderunt fuisum. Prov. 31. 19. S. Bruno de laud. Ecclesie c. 5. t. 2. in hoc Ecclesie sapientia manifestatur, quæ tam bene cuncta disponit. Manum suam, id est, eos, qui fortiores sunt, & sapientiores; ad majora negotia mittit; tales Rectores, & Episcopus constituit. Digni verò fuisum apprehendunt: quia illis minora negotia committit, qui impericiore, minusque periti. Did. Nyss. D. Epiph.

Cui nomen erat Joannes. Joan. 1. 6. Quare ante officium ponitur nomen Joannes? Joannes significat gratiam; & in ipso nomine Joannis, ut ait hic S. Thomas, significatur idoneitas, & sufficientia ad officium. Et antequam Evangelista scriberet ejus munus, voluit nobis aperire ejus sufficientiam; quia semper prius est consideranda. Sylveira hic q. 32.

Officium ab efficiendo dictum putamus, quasi officium. S. Ambros. Eth. Chr. l. 1. c. 8.

TITULUS VII.

OPERA BONA.

§. I.

Figura & Symbola.

Manus.

Salvati nomen tuo altissime. Pl. 9. 3. Pfallere est opus manuale: & per hoc intelligitur bona operatio. S. Tho. Aqu. hic.

Omnes gentes plaudite manibus. Pl. 46. 2. Cùm sit consuetudo luxuriantium, elis manibus personare; & in aurium jucunditate per eas melos quodam sine officio sermone expriment platium istum spiritualiter debemus accipere; qualem & filii crucis potuerunt dicere, & nos oportet audire. Plaudunt ergo manibus, qui elemosynas faciunt, qui ægrotis pro miseratione fervunt, qui aliquid mandatum probis actionibus operantur. Casiodorus hic.

Salvavi sibi dextera ejus. Pl. 97. 1. Sepius diximus, manum actionem dicere: dexteram verò bonam Actionem. B. Theodoretus hic; & addit: dicit autem hominum salutem ejus potentia opus esse: immensa autem benignitate utens suum quantum hominum vitam ducere.

Levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Pl. 118. 48. Levare manus significat probis operibus occupari. Casiod. hic.

Tetigit manus ejus. Matth. 8. 15. Non tangit autem, non tangit frontem, non tangit aliam partem corporis; sed manum tangit. Propterea enim febricitabat, quia bona opera non habebat. S. Chrysol. hom. 6. in Marcum.

Accepti eum in ulnas suas. Luc. 2. 28. Ad salutationem nostram non sufficit videre Christum, per fidem, sed ipsum recipere oportet in manibus per bona opera. S. Vinc. Ferr. l. de Purif. B. V.

Lucerna ardetes in manibus. Luc. 12. 35. in manibus Sanctorum ipsa bona opera sunt lucernæ. S. Chrysol. l. 24. Lucernæ in manibus opera bona sunt, accensa igne veritatis, & charitatis. Sim. Cass. l. 6. c. 30.

Dato annulum in manus ejus. Luc. 15. 22. S. Hieron. annulus est signaculum similitudinis Christi: hoc signaculum in manu datur, quando opera justitiae Scriptura significat. Apud Ferdinandum in Gen. 1. sect. 1.

Habentes singuli citharas. Apoc. 5. 8. Citharæ, quæ pulsibus manuum suaviter sonant, apte opera bona figurant; quæ suis effectibus, quasi, quibusdam sonis, proximos ad cœlestem patriam excitant, & invitant. Rich. à S. Viç. l. 1. c. 3. hic.

Gressus ambulatio.

Nostrum ambulare, est bene operari. S. Bonavent. l. 129. In hac vita, ubi per fidem bene vivendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus. S. Prosper. l. 1. de vita contemp. Sacerd. c. 1.

Passus eundi ad paradysum sunt bona opera. Si orastis hodie, jam fecistis unum passum; alium, si dedistis elemosynam; alium, si audivistis Missam. Ibanus de virtute in virtutem. Pl. 83. 8. S. Vincent. Ferr. l. 4. D. 3. post Octav. Pasch.

gelus illi exequenti personaliter suum officium; ac pro populo oranti. Visone tanta, tantoque nuntio, dignus fuit; dum per se ipsum, & non alium, munus suum adimplevit: hoc enim Deo maxime est gratum. Sylveira hic q. 13.

§. IV.

Officia humilia libenter exerce.

Multiplicabo semen suum sicut stellas cali, & velut arenam. Gen. 22. 17. Quid splendidus altris? quid arenis vilis? quam procul à littore maris firmamentum cœlorum est! & tamen Deus costem, & stellas esse vult, & arenas. Optat Deus in alumnis suis eam animi magnitudinem; quæ pro Christo; & summa aggreditur, nec infima dedignetur. Vult te modò adflare fabro, modò cum regibus consistere. Magos per stellas Deus vocat; sed ad stabulum: vult accedentes ad se, & fideri simul auferere, & præcipi. Oliva l. 4. Strom. §. multiplicabo &c.

Gegem, ipsa (Rachel) pascetur. Gen. 29. 9. Tantum certe merebatur sedule custodis ovium humile officium, quod illi poter injunxerat, studiosè exequendo; quantum si aliud honorificentissimum munus obivisset. S. Laur. Just. de triumph. &c. c. 26. apud Deum interet; utrum quis præsit, an obtemperet. S. Greg. Naz. or. 9. quod vocatus est, in eo gradu quique maneat; etiam si alioquin præstantiore sit dignus; plus utique laudis habiturus ex eo, quod præfenti gradui acquiescit; quam si eum querat, quem non accipit. Did. Nyss. Pol. cœl. p. 1. l. 2. c. 1.

Audite somnium meum, quod vidi. Gen. 37. 6. Hæc de causa factum puto, ut Josephi principatus modò in manibus, modò in sole, & altris adumbraretur, ut scilicet, qui sideribus cingebatur, paleis stipari non erubesceret. Oliva l. 4. Strom. Multiplicabo &c.

Puer autem erat Minister. 1. Reg. 2. 11. Quid agebat? adolebatne incensum ornatus stola? an sacco sordidus ligna convehabat? mitranne, an lucernas curabat? verberat pavimentum, an conscribat thymiama? in throno Dei nec Samuel attendebat munerum varietatem; nec Spiritus S. ea distinguit. Servire Deo omnis est dignitas domus Dei: erat minister. Samuel hoc tantum expetebat, ut Domino ministraret. Quæ autem ratione nec scopas exhoruit? nec turribula ambit? audi: puer autem erat minister in castro Domini. Coram Deo videbat, ejusdem esse dignitatis ligna concidere, & gemmas concinnare: hæc una Dei presentis memoria hilaris, impiger redabatur. Oliva l. 4. Strom. §. Puer autem erat minister.

Lampades ejus lampades ignis. Cant. 8. 6. Dei Spiritus is oblectatur, quibus delectatur & flamma: hæc non auro, argento, gemmis; sed stipulis, feno, ligno vilibus, nutritur. Ut intelligas, in te Dei spiritum non residere, si villa refugis, & splendidis innotueris. Oliva l. 9. Strom. Lampades ejus.

Vade ad mare, & mitte hamum. Matth. 17. 26. Cur hoc Petro mandatur? piscator erat. Sed si piscatore egebat, prælo erant filii Zebedæi. Cur ergo non Joanni, non Andree, sed Petro, id munus delegavit. Ut suspicor: quia c. 16. 19. Petro: tibi dabo claves regni cœlorum. Voluit Dominus in eadem manu, & hamum esse, & claves. Oliva l. 4. Strom. multiplicabo.

Venit homo quidam dives ab Arimathæa. Matth. 27. 57. Luc. 23. 50. erat decurio, vir bonus, & iustus. Joan. 19. 8. fuit Discipulus Jesu. Marci 15. 43. nobilis decurio. Et quid hic dives, vir bonus, discipulus Christi, nobilis decurio, egit? nihil se indignum, dum Corpus Domini unxit. Joan. 19. 38. Sed cur Evangelista tam honorificis cum titulis ornant? Quia, si quando nobilis, dives, illustis, dici debuit: tunc certò, quando ad gloriam Dei hoc opus peregit. Et quoties Christianus quicumque tale quiddam pro Deo facit; splendorem suum non obcurat, sed plurimum auget. Did. Nyss. D. Sept. §. 5. in domo Dei omnia officia illustria.

Ut cognovis, quod accubisset in domo Pharisæi. Luc. 7. 7. 37. Non ad caput, sed pedes Christi, accessit. Quis nostrum postremum sibi locum, & munus, in Christi corpore, id est, Ecclesia, deligit? quis non aspirat ad caput, sublimis officia? quis non tabescit in imis? &c. Et quidem Maria caput alius unxit, sed longè studiosior in pedes fuit. Super caput alabastrum effudit. Matth. 26. 7. in pedes verò seipsum profudit, comam, vas, oculibus, labia, capillos, ugentia induit. Vide quomò se exhibuit prioriem erga pedes, quam erga caput Domini. Oliva l. 9. Strom. §. ut cognovis.

Operabatur: erant enim scenofallaria artis. Ag. 18. 3. Et hoc miror, jam dignatum Dei alloquio & visionibus, non petrum officii sui; nec fastidisse ostiarum munus, cui patuerant arcana Domini. Paulus in cœlum raptus non erubuit texere tabernacula. Oliva l. 10. Strom. §. Puer autem erat minister.